Γρηγορίου. — (76) Αὕτη μὲν ἡ σημαντικὴ τοῦ

λόγου πρὸς τὰς νεανίδας ἔστιν ὁδηγία· δι' ὧν μανθά-
 νουσι· καὶ ὅπου ἔστι, καὶ ὅπου βλέπει· διὰ τούτων
 δὲ τὸ εὐαγγελικὸν μυστήριον μανθάνομεν. Ἀδελφί-
 δός γάρ παρ' αὐτῆς ὀνομάζεται, διὰ τὸ ἀδελφιδούς
 ὑπάρχειν τῶν τε ἐξ ἔθνῶν λαῶν, καὶ τῶν ἐξ Ἰουδαίων·
 τὸ δὲ κατέβη διὰ τὸν ἀπὸ Ἱερουσαλήμ εἰς Ἱερὺχὸν
 καταβάνα, καὶ γενόμενον ἐν λησταις. Κατέβη γάρ
 ἐκ τῆς ἀφράστου μακαριότητος· φανερωθὲν ἐν σαρκί,
 τοῦ ποιῆσαι πάλιν κῆπον τὴν ἔρημον, τῆ τῶν ἀρετῶν
 φυτεῖα καλλωπιζόμενον. Ἀναφυτεύει γάρ τὸ ἐκτυτὸ
 γεώργιον ὁ ἀληθινὸς γεωργὸς ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους.
 Ἡμεῖς γάρ ἐσμεν αὐτοῦ γεώργιον· αἱ δὲ τοῦ ἀρώμα-
 τος φιάλαι, ἐν μὲν τῆ τοῦ κάλλους ὑπογραφῆ πρὸς
 τὸ τῶν σιαγῶν ἐγκύμιον παρελήφθησαν· ἐνταῦθα
 δὲ τόπος εἶναι τοῦ Νυμφίου καὶ ἐνδιαίτημα παρὰ
 τοῦ Λόγου μνησεται· τοῦτο μανθανόντων ἡμῶν, ὅτι
 οὔτε ἐν ἔρημῳ τῶν ἀρετῶν ψυχῆ ὁ Νυμφίος λόγος
 αὐλιξεται· ἀλλ' εἰ τις φιάλη ἀρώματος γένοιτο
 φύουσα μυρσιχὰ, ὁ τοιοῦτος κρατῆρ τῆς σοφίας
 γενόμενος, δέχεται ἐν ἑαυτῷ τὸν θεὸν ἀκίρατον οἶ-
 νον· δι' ὧν γίνεται τῷ δεξαμένῳ εὐφροσύνη. Νομῆν
 δὲ νέμεται τοῦ Νυμφίου τὸ ποίμνιον, οὐκ ἐν ἔρῃμοις
 ἀκάνθας, οὐδὲ πᾶν χορτώδη, τὰ δὲ ἐκ τῶν κήπων
 ἀρώματά τε καὶ κρίνα, αἵτινά ἐστιν ὅσα σεμνά, ὅσα
 δίκαια, ὅσα προσφιλή, ὅσα εὐφῆμα· εἰ τις ὀρετῆ
 καὶ εἰ τις ἔπαινος· ἀπερ εἰς τροφήν αὐτῆς ὁ καλὸς
 συλλέγει ποιμήν· τὰ μὲν γὰρ κρίνα τοῦ λαμπροῦ
 καὶ καθαροῦ τῆς διανοίας αἶνιγμα γίνεται, ἡ δὲ τῶν
 ἀρωμάτων εὐπνοια, τοῦ πάσης ἀμαρτιῶν δυσωδίας
 ἀλλοτριῶς ἔχειν.

Nelou. — Ὅσῃ μὲν ἐπὶ τῆ λέξει ζηλοτυπίαν
 ἔχει τὸ ῥήτόν· διακρούεται γὰρ τὰς μετ' αὐτὴν ζη-
 τεῖν βουλομένας, ἀπεληλυθῆναι λέγουσα αὐτὴν, ὅπου
 δυσχερὲς ἢ ἀδύνατον ἐκεῖνας καταβῆναι· ἡ δὲ διά-
 νοια δηλοῖ, ὅτι καταβέβηκεν ὁ Νυμφίος εἰς κῆπον
 οἰστῶν λαχάνων, ἃ ἔστι ἀσθενῶν τροφή καὶ ὀλιγο-
 πίστων ἕδισμα· τάχα οὐκ ἂν καταβάς, εἰ παράδεισος
 ὁ κῆπος ἐτύγγανεν ὦν. Εἰσέρχεται γὰρ εἰς τὰ τελειό-
 τερα· ὡς ἐπιπέδοις ὁμαλῶς ἐπιβαίνων τοῖς ἰσοτιμοῖς·
 καταβαίνει δὲ εἰς τὰ ὑποδεέστερα, τὴν τῆς συγκατα-
 βάσεως οἰκονομίαν ὀνομάζων καταβάσιν· καὶ τοῦ
 ποιμαίνειν δὲ ἐν κήποις τὴν πρὸς τοὺς ποιμαίνομέ-
 νους συγκατάβασιν δηλοῖ· οὐ δυνθέντας προδῆναι
 δι' ἀσθένειαν τοῖς ὄρεσι τῆς φυσικῆς καὶ ἀρχαίας
 εὐδιαγώγου νεμῆς, πρὶν ὁ ποιμὴν πρὸς αὐτοὺς
 καταβῆ· ἔκσι δὲ φιλανθρωπίαν γενόμενος, ὅπου αὐ-
 τοὶ κατέπεσον δι' ἀμέλειαν· ποιμαίνων δὲ τοὺς ἀσθε-
 νετέρους, ἐν τοῖς τῆς συγκατάβασεως κήποις, εἶπου
 εὐρὴ κρίνα ἀνθεῖν ἀρξαμένους τὸ τῆς ἐπὶ θεὸν πε-
 ποθήσεως ἄνθος· καὶ τὴν μέριμναν τῆς σωματικῆς
 ἀνάγκης ἐπιβρίψαντα ἐπ' αὐτόν. Συλλέγει δὲ ταῦτα
 μεταφυτεύων ἐν ἐπιτηδαιοτέρῳ τόπῳ πάντως· καὶ
 τάγματι· κρίνων γὰρ ἐπιτηδεῖον τοῦτοις τὴν ἐν κή-
 ποις διαγωγὴν· ἵνα μὴ καὶ τοῦ ἔθνους ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν
 ἔκκλιοντος κατάστασιν, καὶ τῆς πρὸς τοὺς τοιοῦτους
 πολλῆς κοινωρίας ἐρεθίζουσης πρὸς ζῆλον μιμησῶς·
 ἐπὶ τὴν παλαιὰν κατενεχθῶσι συνθήειαν.

A est pro adolescentulis manductio, unde intelli-
 gunt et ubi sit et quo respiciat : per hæc autem
 Evangelii mysterium discimus. *Fratruelis* enim
 ab ipsa nominatur, quia populus ex gentibus et
 ex Judæis fratres sunt. Illud autem *descendit*,
 significat il'um qui a Jerusalem in Jericho de-
 scendit et incidit in latrones. Descendit enim ab
 ineffabili beatitudine, quando apparuit in carne,
 ut ex deserto iterum faceret hortum virtutum
 plantatione ornatum. Verus enim agricola de inte-
 gro plantat arvum suum, nempe nos homines.
 Etenim nos arvum ipsius sumus. Phialæ autem
 aromatis hactenus in descriptione pulchritudinis
 Sponsi, ad maxillarum encomium fuerunt accom-
 modatæ : hic autem a Verbo insinuantur esse

B locus in quo Sponsus degat, discentibus ex eo no-
 bis, non versari Sponsum in ea anima ubi virtutum
 quædam sit solitudo ; sed si quis aromatis sit
 phiala et unguenta proferat, is deinceps sapientiæ
 crater factus divinum et incorruptum vinum in se
 recipit, quo bibens exhilaratur. Pascuum porro
 Sponsi grex pascit, non in desertis spinas, neque
 herbam gramineam, sed ex hortis aromata liliaque
 quæ sunt quæcunque honesta, quæcunque justa,
 quæcunque amabilia, quæcunque boni nominis : si
 qua virtus et si qua laus, hæc in alimentum
 ipsius pastor bonus colligit : nam lilia quidem
 splendoris et puritatis mentalis quoddam symbo-
 lum sunt ; aromatum vero fragrantia significat
 affectionem ab omni fetore peccatorum abhorren-
 tem.

Nili. — Quantum quidem ad textum litteræ at-
 tinet, zelotypiam continet hæc sententia : repellit
 enim secum quærere volentes, dicens ipsum eo abi-
 visse, quo illas descendere difficile sit aut impossi-
 bile. Sensus autem significat Sponsum descendisse
 in hortum fertilem olerum, quæ sunt cibus infir-
 morum, et edulium eorum qui modicæ sunt fidei,
 forte non descendurum, si hortus iste fuisset pa-
 radisus. Ingreditur enim in ea quæ perfectiora sunt,
 quasi cum æqualibus de plano æqualiter incedens :
 ad inferiora vero descendit, condescensionis dis-
 positionem nominans descensum : sed et pascere
 in hortis erga eos qui pascuntur condescensionem
 denotat, utpote qui præ infirmitate ad montes natu-
 ralis pascuæ et antiquæ bonæ deductionis, perve-
 nire non valeant, priusquam pastor ad ipsos des-
 cendat, ibi per humanitatem existens, ubi ipsi per
 socordiam corruerant. Cæterum infirmiores in con-
 descensionis hortis pascens sicubi lilia reperiat, id est
 eos qui fiduciæ in Deum florem producere incipient
 et corporeæ necessitatis sollicitudinem in ipsum
 projiciant. Hæc utique colligit in opportuniorem
 omnino locum, ordinemque transplantans, quod
 iis in hortis commorationem judicet ipsis minime
 consentaneam, ne assuetudine ad pristinum statum
 trahente, ac multa cum similibus communicatione
 ad zelum imitationis irritante, ad veterem consu-
 tudinem reducantur.

Cyrelli. — Descendit in infernum ad animas jutorum : hæ namque phialæ sunt aromatis, si quidem patriarchæ primi spirarunt fidem in Christum, et post resurrectionem pascit singulas ecclesias ; colligit vero lilia, nempe viros probos, sive sermonem confessionis ipsorum.

Vers. 2. Ego fratrueli meo, et fratruelis meus mihi qui pascit inter lilia.

Hic canon et terminus est perfectionis in virtute. Nam ex his discimus nihil oportere nos habere præter Deum, neque animæ purificatæ ad quidquam aliud respiciendum esse, sed ita semetipsam ab omni crassa re et cogitatione expurgare debere, ut omnino tota transformata ad spiritalem et immaterialem primævæ pulchritudinis imaginem quam exactissime ipsa se componat. Profert igitur hanc vocem Sponsa quasi speculum voluntatis electione præditum et animatum, quasi dicat : Cum ego toto orbe mei fratruelis faciem intueor, per hoc ipsum tota formæ ipsius pulchritudo in me conspicitur. Talis erat Paulus cum diceret : « Mihi vivere Christus est ¹. » Nihil nempe materialium et humanarum affectionum in ipso vivebat, non tristitia, non ira, non timor, non trepidatio, non fastus, non audacia, non vana gloria, non aliud quidquam eorum quæ animam quadam erga se affectione polluunt, sed solus ille mihi super est qui nihil est horum, sed sanctificatio et puritas, et incorruptio, et lumen, et veritas, et hujusmodi alia quæ animam meam pascunt, non in graminibus vel virgultis, sed in splendore sanctorum. Et sicut in vas vitreum quodecumque injicitur pellucidum fit : sic nutritur anima liliis, id est virtutibus, quibus qui recta vivendi ratione satiatus est, is vita sua conspicuum se reddit, dum moribus suis cujuslibet virtutis speciem exprimit.

Nili. — Adhuc zelotypiam hic textus formatus est : ne enim existimarent ipsum omnibus esse communem, etiam iis qui necdum tali amore digni sunt, se solum soli illi attribuit. Quomodo autem nunc in liliis pascet, qui prius pascebat in hortis, nisi omnino proficientibus iis qui pascebantur :

Sicut corpus non fornicationi, sed Domino ² ; sic et Sponsa Sponso. Et vice versa, si quis autem nos speciosus in animabus hominum, illum colligens, tanquam cura pastoralis sua dignum, pascit.

Philonis. — Scilicet ego ipsi opera, et ipse mihi mercedem.

Apollinari. — Ne quis autem existimet hortum ipsius differre a Sponsi in eo conversatione, ostendit semetipsam esse quæ ab ipso pascatur, eandemque esse lilia. Hæc cum dixisset, Sponsus

¹ Philipp. i, 21. ² I Cor. vi, 13.

Φίλωνος (77).— Κατέβη πρὸς τὰς ἐν ᾧδου τῶν δικαίων ψυχάς· φιάλαι γὰρ αὐταὶ τοῦ ἀρώματος· πρῶτον γὰρ οἱ πατριάρχαι τὴν εἰς Χριστὸν ἐπνευσαν πίστιν· καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν τὰς κατὰ τόπον ἐκκλησίας ποιμαίνειν· συλλέγειν δὲ κρίνα τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἢ τὸν λόγον τῆς ὁμολογίας αὐτῶν.

β'. Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῶ μου· ἀδελφιδός μου ἐμοὶ ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις.

Γρηγορίου (78).— Κανὼν καὶ ὄρος τῆς κατ' ἀρετὴν τελειότητος ἐστὶν οὗτος. Μανθάνομεν γὰρ διὰ τούτων τὸ μὴ δεῖν πλὴν τοῦ Θεοῦ μηδὲν ἔχειν. μηδὲ πρὸς ἄλλο τι βλέπειν τὴν κεκαθαρμένην ψυχὴν, ἀλλ' οὕτως ἑαυτὴν ἐκκαθαῖραι παντὸς ὑλικοῦ πράγματός τε καὶ νοήματος, ὡς ὄλην δι' ὄλου μετατεθεισάν πρὸς τὸν νοητὸν τε καὶ αἴλον, ἐναργεστάτην εἰκόνα τοῦ ἀρχετύπου κάλλους ἑαυτὴν ἀπεργάσασθαι. Λέγει οὖν τὴν φωνὴν ταύτην ἡ Νύμφη τὸ προαιρετικὸν τε καὶ ἔμψυγον κάτοπτρον· ὅτι Ἐπειδὴ ὅλη τῷ κύκλῳ ἐγὼ τὸ τοῦ ἀδελφιδῶ πρόσωπον βλέπω, διὰ τοῦ ὄλου τῆς ἐκείνου μορφῆς τὸ κάλλος ἐν ἐμοὶ καθορᾶσθαι· οἶος ἦν Παῦλος ὁ εἰπὼν· « Ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστός. » Οὐδὲν γὰρ τῶν ὑλικῶν καὶ ἀνθρωπίνων μαθημάτων ἐν αὐτῷ ζῆ, οὐ λύπη, οὐ θυμὸς, οὐ φόβος, οὐ δειλία, οὐ τύφος, οὐ θράσος, οὐ φιλοδοξία, οὐκ ἄλλο τι τῶν τὴν ψυχὴν διὰ τινος σχέσεως κηλιδούντων· ἀλλ' ἐκεῖνός μοι μόνος ἐστίν, ὃς οὐδὲν τούτων ἐστίν, ἀλλ' ἡ ἁγιασμός καὶ ἀφθαρσία, καὶ φῶς, καὶ ἀλήθεια, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὅσα ποιμαίνει ψυχὴν, οὐκ ἐν χόρτοις ἢ φρυγάνοις, ἀλλ' ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἀγίων. Καὶ ὡς περ ἐπὶ ὑελίνου σκεύους, οἷον ἂν ἦ τὸ ἐμβαλλόμενον, διαφανὲς γίνεται· οὕτω τρέφεται· μὲν ψυχὴ τοῖς κρίνοις, εἰτ' οὖν ταῖς ἀρεταῖς· ὣν ὁ τῆς ἀγαθῆς πολιτείας ἐμφορηθεὶς, ἐπίδηλον ποιεῖ διὰ τοῦ βίου ἐκάστης ἀρετῆς τὸ εἶδος, διὰ τοῦ ἤθους ἐπιδεικνύμενος.

Νείλου. — Ὅτι ζηλοτύπως ἡ λέξις ἐσχημάτισται· ἵνα γὰρ μὴ νομίσωσι κοινὸν εἶναι πασῶν, καὶ οὕτω τῶς ἀξίῳ τὸν πρὸς τῶν τοιούτων ἔρωτα, μόνῳ μόνῳ ἑαυτῷ ἀνατίθῃσι. Πῶς δὲ νῦν ἐν κρίνοις ποιμαίνει; ποιμαίνων ἐν κήποις πρότερον ἢ πάντων προκυψάντων τῶν ποιματινομένων.

(79) Ὅσπερ ἐ τὸ σῶμα, οὐ τῆ πορνείᾳ, ἀλλὰ τῷ Κυρίῳ, οὕτω καὶ ἡ Νύμφη τῷ Κυρίῳ· (80) καὶ ἔμπαλιν· εἰ δέ τι ἄνθος ὠραῖον ἐν ἀνθρωπίναις ψυχαῖς, ἐκεῖνο συλλέγων ὡς ἀξίον τοῖς ἑαυτοῦ ποιμέσι ποιμαντικῆς.

Φίλωνος. — Ἦγουν ἐγὼ τὰ ἔργα αὐτῶ, καὶ αὐτὸς ἐμοὶ τὸν μισθόν.

Ἀπολιταρίου. — Ὅς ἂν μὴ τις νομίσῃ διεστάναι τὸν κῆπον αὐτῆς, καὶ τὴν ἐκεῖ τοῦ Νυμφίου διατριβὴν, δείκνυσιν ἑαυτὴν εἶναι τὴν ὑπ' αὐτοῦ νεμομένην· καὶ αὐτὴν εἶναι τὰ κρίνα. Ταῦτα εἰπούσης, ὁ Νυμ-

NOTÆ.

(77) Scholium hoc in C. B. Cyrillo ascribitur.

(78) Anonyma in C. B.

(79) Hæc in C. B. ut verba Nili continentur.

(80) Quæ sequuntur Origeni dat C. B.

φίος επιφαινεται, ἐγκωμιά τε λέγων αὐτῆς, καὶ τὸ εὐδοκεῖν ἐν αὐτῇ, κατὰ τὸ « Ἐγὼ τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ. »

Kyriλλον. — Ἐγὼ αὐτῷ τὴν πίστιν, καὶ αὐτὸς ἐμοὶ τὴν βασιλείαν ποιμαίνει δὲ ἐν τῇ καθαρότητι τῶν Γραφῶν καὶ τῶν ἁγίων δογμάτων.

γ. *Καλὴ εἶ ἡ κλησίον μου, ὡς εὐδοκία ὠραία, ὡς Ἱερουσαλήμ θάμβος, ὡς τεταγμένα.*

Γρηγορίου. — (81) Ἀναθεῖσα ἑαυτὴν τῷ ἀδελφιδῷ, καὶ δεξαμένην τοῦ ἀγαπηθέντος τὸ κάλλος ἐν τῇ ἰδίᾳ μορφῇ, οἶον ἀξιοῦται παρ' αὐτοῦ; Τί δὲ ἐστὶν ὃ φησιν, ἐνδείκνυται ὁ λόγος τὸ διὰ τῆς κατορθωμένης ἀνόδου μέχρις ἐκείνου τὴν ψυχὴν ὑψωθῆναι, ὡς πρὸς τὰ τοῦ Δεσπότης θαύματα ἑαυτὴν ἀποκλίνει. **B** Εἰ γὰρ ὁ ἐν κλίποις τοῦ Πατρὸς ὑπὲρ τῆς ἡμῶν ἐνηνθρώπησεν εὐδοκίας, ἵνα γένηται ἐπὶ γῆς εἰρήνη, δηλονότι τὸ κάλλος ἑαυτῆς πρὸς τὴν εὐδοκίαν ὁμοιώσασα τὴν αὐτοῦ, Χριστὸν μιμουμένη τοῖς κατορθώμασι. γίνεται τοῖς ἄλλοις ὅπερ ὁ Χριστὸς τῇ ἀνθρώπων γέγονε φύσει. Καὶ λέγεται Ἱερουσαλήμ πόλις τοῦ μεγάλου Θεοῦ εἰς οὐκισιν καὶ περιπάτων ἡ χωρησασα τὸν ἀχώρητον, καὶ τῇ τοῦ ἐνοικούντο; ὠραιότητι *καλλωπιζομένη*, καὶ πάντα εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν ποιούσα κατὰ μίμησιν τῶν ἁγίων ἐνάμεων, αἱ τινες ὑπὸ Θεοῦ εἰσι τεταγμένα, μηδὲ μιὰς κακίας ἀνατρεπούσης αὐτῶν τὴν εὐταξίαν ὡς κοινῶν ἐφ' ἑαυτῆς τὸ θαῦμα καὶ τὴν ἐκπληξιν. Τοῦτο γὰρ ἐρμηνεύει τὸ θάμβος τοιοῦτον ὅσον ἐν ταῖς τεταγμέναις ἐστίν.

Ὀριγένης. — Ὅσον πλησίον γίνεται τοῦ Νυμφίου, κ. τ. λ. (82).

δ. *Ἀπόστρέψον τοὺς ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου, ὅτι αὐτοὶ ἀνεπέτρωσάν με.*

Γρηγορίου (83). — Τινὰς μὲν παρὰ τοῦ Δεσπότης πρὸς τὴν καθαρὰν ταῦτα εἰρῆσθαι ψυχὴν λέγουσιν, ἐγὼ παρὰ τῆς Νύμφης τοῦτο οἶμαι εἰρῆσθαι. Ἐπεὶ γὰρ ἀπορρήτως τῇ Γραφῇ πτέρυγας εἶναι περὶ τὴν θείαν εἰρηται φύσιν, κατὰ τὸ ἐν σκέπη τῶν πτερυγῶν σου σκεπάσεις με καὶ διεὶς τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐδέξατο αὐτούς ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐγένετο κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν ἡ πτερωτὴν συμβαίνει λέγεσθαι καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν, ἐν ᾧ τὸ κατ' εἰκόνα ἐφυλάττετο. Ἀπεγύμνωσε δὲ αὐτὸν τῶν τοιοῦτων πτερῶν ἡ κακία δυνάμεως τε, φημί, καὶ μακαριότητος, καὶ ἀφθαρσίας τούτων νοουμένων ἄλλ' ἐπεφάνη ὁ Χριστὸς ἵνα δι' ἁγιότητος καὶ δικαιοσύνης αὐτῆς περοφυτρωσῶμεν ὁμοῦ τε γὰρ φιλανθρώποις ἡμᾶς ὁδὸν ὀφθαλμοῖς ὁ Θεός, καὶ κατὰ τὴν ἀρχαίαν φύσιν ἀνεπτερώθημεν. Ὅταν οὖν οἱ ὀφθαλμοὶ σου ἐπ' ἐμὲ ἐπιβλέπωσιν, ἀποστρέφονται ἀπὸ τοῦ ἐναντίου ὃ γὰρ ὄψονται τι ἐν ἐμοὶ τῶν ἐναντιουμένων τῷ πτέρυγας περιστερᾶς ἀναλαβεῖν διὰ τῶν ἀρετῶν, καὶ πετασθῆναι καὶ καταπαῦσαι.

³ Prov. viii, 17. ⁴ Psal. xvi, 8. ⁵ Dent. xxxii, 11.

NOTÆ.

(81) Anonymi sunt in C. B.

(82) *Patrol.* i. XVII, col. 276.

A apparet, encomia ipsius recensens, sibi que in ea complacere dicens, juxta illud: « Ego diligentes me diligo ³. »

Cyrylli. — Ego illi fidem, et ipse mihi regnum: pascit autem in puritate Scripturarum et dogmatum sanctorum.

VERS. 3. *Pulchra es proxima mea, sicut beneplacitum, decora sicut Jerusalem; pavor, ut ordinatae acies.*

Quæ semetipsam fratrueli tradidit ac dilecti pulchritudinem in sua forma recepit, qualia consequitur ab illo? Quid autem est quod dicit: declarat hoc verbum nempe animam præclaro concendendi conatu usque adeo in sublime evectam esse, ut jam ad ipsa Domini miracula enitatur. Nam si is qui est in sinu Patris, pro suo in nos beneplacito factus est homo, ut in terra pax oriretur, planum est illa quæ ad hoc beneplacitum præclaris operibus Christum imitando suam pulchritudinem conformavit, aliis id fieri quod Christus humanæ factus est naturæ. Et dicitur Jerusalem civitas magni Dei ad inhabitandum et inambulandum capiens eum qui capi non potest, et inhabitantis pulchritudine exornata et omnia decenter et secundum imitationem virtutum supernarum, quæ sub Deo sunt ordinatæ, nulla malitia pulchrum earum ordinem evertente, ita ut ad sui moveat admirationem ac stuporem. Hoc enim sibi vult illud pavore sive stupor qualis nimirum in virtutibus istis ordinatis existit.

Origenis. — Quanto proximior sit Sponso, etc.

VERS. 4. *Averte oculos tuos e regione mei, quia ipsi avolare fecerunt me.* Nonnulli quidem hæc a Domino ad puram animam dici aiunt; ego vero existimo hoc a Sponso dictum. Cum enim arcano sensu a Scriptura divinæ naturæ alæ tribuantur juxta illud: « In tegmine alarum tuarum proteges me ⁴. » Et: « *Expandens alas suas suscepit eos* ⁵. » Homo autem factus est ad imaginem Dei et similitudinem; itaque alatum dicere convenit humanam naturam, in quo id quod secundum imaginem est servabatur. Nudavit autem ipsum malitia istiusmodi alis virtutisne dicam an beatitatis et incorruptionis, his ita intellectis; sed apparuit Christus, ut per sanctitatem et justitiam iterum alis instrueremur; nam simul etiam nos benignis oculis aspexit Deus, et juxta primævam naturam alati evasimus. Quando igitur oculi tui super me respiciunt, avertuntur a contrario. Non enim videbunt quidquam eorum in me quæ mihi adversantur, eo quod alas columbæ assumpserim per virtutes et evolem et requiescam.

(83) Anonyma in C. B.

Ecclesia specie sua, etc.

Nili. — Magnam Sponsæ fiduciam ac libertatem declarat ex eo quod intrepide Sponsum intueatur. Si vero Verbum sit Sponsus, alas induit, et ita magis ascendit in altum contemplationis procedens, ubi reperit animam contemplationi deditam quæ ipsum intelligendo assequi possit, et ut sic dicam, sine verecundia ad res omnes contemplandas fixos oculos intendere. Cæterum sollicitè hortatur ne semper istiusmodi fixum oculum habeamus, et aliquando ipsum avertamus et conniveamus, ne dum multis alis instruitur et fixe tuetur, ad consecutum non sufficiat, dumque supra vires quid attentat, ad reliqua etiam intelligenda fiat obtusior.

Philonis. — Id est custodiantur oculi qui vias meas avertunt : nam hoc in me tui excitat desiderium.

Cyrelli. — A non parentibus tibi averte oculos tuos et ad me illos inclina : nam illi, inquit, dilectionem tui excitaverunt.

VERS. 5. *Capillamentum tuum sicut greges caprarum quæ apparuerunt e Galaad. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lavacro omnes geminantes, et sterilis non est in eis.*

Soli corporis capilli sensus expertes sunt, quos mulieribus ornamento esse dixit Paulus, capiti decorem afferentes. Docet nimirum illos qui in capite Sponsæ esse intelliguntur per quos Ecclesiæ gloria accedit, habere sensus in potestate sua per sapientiam occultando sensum, juxta illud Proverbiorum : « Quoniam sapientes abscondunt sensum ⁶, » qui non ex aspectu de bono iudicium faciunt, non gustato bonum explorant, non odoratui, non tartui, non alterius sensus organo æstimationem boni permittunt : sed mortificatis, inquit, sensibus, per solum animum oblata menti bona amplectuntur et expetunt : atque hoc modo mulierem illam quæ est Ecclesia, gloria quadam exornant, non honoribus intumescens, neque per abjectionem animi rebus tristibus in angustum coacti, sed in adversis casibus capillorum instar se sensus expertes declarantes. Capras autem adduxit in exemplum, vel quod a natura hirsutæ sint, vel quod hoc animal summa cacumina conscendens non impingat in petras, id quod apte quadrat in eos qui præclare asperam virtutis viam conficiunt ; vel quia hoc animal ad multa legalia sacrificia assumptum fuit, ad capitis encomium conducit. Sed et in Proverbiis inter quatuor illa quæ bene incedunt numeratus est hircus ducens caprarum gregem. Dicendum itaque quemadmodum aliquod vitæ institutum ab aliquo inventum per multos deinde propagatum,

⁶ Prov. x, 14.

A *Origenis.* — Ἡ Ἐκκλησία τῇ ὠραϊότητι, κ. τ. λ. (84).

Nelou. — Πολλὴν τῆς Νύμφης παρρησίαν δηλοῖ, ἐκ τοῦ ἐνατενίζειν ἀδεῶς τῷ Νυμφίῳ (85). Εἰ δὲ ὁ λόγος ἐστὶν ὁ Νυμφίος, ἀναπτεροῦται καὶ ἐπὶ πλείον οὗτος ἀναβαίνει πρὸς ὕψος θεωρίας χωρῶν, ὅταν εὖρη θεωρητικὴν ψυχὴν, τῇ νοήσει παρακολουθῆσαι δυναμένην, ἐν οὕτως εἶπω, ἀναιδῶς πᾶσιν ἐνατενίζειν τοῖς θεωρουμένοις. Ἀλλὰ παραινῶν κηδεμονικῶς, μὴ ἀτενὲς ἔχειν πάντοτε τὸ τοιοῦτον ὄμμα· καὶ ποτε δὲ ἀποστρέφειν αὐτὸ καὶ καμμύειν· ἵνα μὴ πολὺ πτερωθέντος τοῦ ἀτενιζομένου ἀτενίσῃ πρὸς τὴν συνανάσασιν καὶ τῶν ὑπὲρ φύσιν ἐφειμένη· καὶ πρὸς τὰ λοιπὰ νοήματα, ἀμβλυώπεστερα γένηται.

B

Φίλωνος. — Ἦγουν τὰς ἐμὰς ὁδοὺς οἱ μεταστραφέντες τηρεῖσθαι ὀφθαλμοί· τὸν σὸν γάρ μοι τοῦτο πόθον ἐργάζεται.

Κυρίλλου. — Ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων σοὶ τοὺς σοὺς ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς, καὶ εἰς ἐμὲ κλίνον· αὐτοὶ γάρ, φησὶν, τὴν ἀγάπην ἐξήγειράν σε.

ε'. *Τρίχωνά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἱ ἀρέθῃσαν ἀπὸ τοῦ Γαλαδδῶ· ὀδόντες σου, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων αἱ ἀρέθῃσαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ· αἱ πᾶσαι διδυμύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἐστὶν ἐν αὐταῖς.*

Γρηγορίου (86). — Μόνοι τοῦ σώματος αἱ τρίχες ἀμοιροῦσιν αἰσθήσεως· ἄς γυναῖξιν εἶναι κόσμον εἶπεν ὁ Παῦλος, ὠραϊζούσας τὴν κεφαλὴν. Διδάσκει τοίνυν ἐτι χρὴ τοὺς περὶ τὴν κεφαλὴν τῆς Νύμφης θεωρουμένους, δι' ὧν ἡ Ἐκκλησία δοξάζεται, κρείττους τῶν αἰσθήσεων εἶναι· κρύπτοντας διὰ τῆς σοφίας τὴν αἰσθησὴν κατὰ τὴν Παροιμίαν· « Ὅτι σοφοὶ κρύπτουσιν αἰσθησὴν· » οἷς οὐχ ὄρασις τοῦ καλοῦ κριτήριον γίνεται, οὐ γέουσι τὸ ἀγαθὸν δοκιμάζεται, οὐκ ἀσφραῖσι, οὐχ ἀφῆ· νεκρώσαντες γὰρ, φησὶ, τὰς αἰσθήσεις, ἐφάπτονται διὰ μόνης τῆς ψυχῆς τῶν κατ' ἔννοιαν ἀγαθῶν ὀρεγόμενοι· καὶ οὕτω δοξάζουσι γυναῖκα τὴν Ἐκκλησίαν, ὅτε τιμαῖς διογκούμενοι, ὅτε μικροψυχίαις πρὸς τὰ λυπηρὰ συστελλόμενοι, ἀλλ' ἐν τῇ πείρᾳ τῶν τριχῶν ἀναισθησίαν ὑποκρινόμενοι. Εἶληψε δὲ τὰς αἰγὰς εἰς παραβολὴν, ἥ διὰ τὸ φύσει δασύ, ἥ ὅτι τῶν ἀκρων ἐπιβαίνον τὸ ζῶον, οὐ περιολισθαίνει ταῖς πέτραις· ὅπερ τοῖς τὴν τραχεῖαν τῶν ἀρετῶν ὁδὸν κατορθοῦσι, προσφυῶς ἀρμόζεται· ἥ διὰ τὸ πρὸς πολλὰ τῆς νομικῆς ἱερουργίας παρειληφθεὶς συντελεῖν πρὸς ἐγκώμιον τῇ κεφαλῇ· κὰν ταῖ; Παροιμίαι; δὲ ἐν τοῖς τέσσαρσι τοῖς ἐιοδοῦμένοις, ὁ τράχος ἠρίθμηται, τοῦ αἰπολίου ἡγούμενος. Λεκτέον οὖν ὡσπερ εὐρεθὲν ἐπιτηδεύμα, διὰ πολλῶν τῶν ἐφεξῆς διατρέχον, ἐπὶ τὸν εὐρεθὴν ἀναφέρεται· ὡς ἐπὶ τὸν Θεὸν ἢ χαλκευτικὴ, καὶ ἡ ποιμαντικὴ ἐπὶ τὸν Ἄβελ, καὶ ἡ γεωργικὴ ἐπὶ τὸν Κάιν, καὶ ἡ ἀμπελοργικὴ ἐπὶ τὸν Νῶε· οὕτως;

NOTÆ.

(84) Hæc in C. B. anonymi sunt, C. V. ea Origeni vindicat, exstant *Patrol.* t. XCVII. col. 276, 277.

(85) Πολλὴν — τῷ νυμφίῳ anonyma sunt in C. B. (86) Anonyma in C. B.

ἐπειδὴ τοῦ θεοῦ ζήλου διαφερόντως ἠλάσας καθηγῆ-
σατο, ὅσοι μετ' ἐκείνου τοῖς ἑαυτοῦ ἔγχεσιν ἐπηχο-
λοῦθησαν, τὸν ἐκείνου μιμησάμενοι βίον, αἰπὸλιον
γέγονασιν τοῦ ἡγησαμένου τῆς τοιαύτης ζωῆς· οἱ τι-
νες δόξα καὶ ἔπαινος τῆς Ἐκκλησίας γίνονται, εἰς
τὸν τῶν τριῶν καταγέντες κόσμον, ὃν ἡ αἰσθητικὴ
ζωὴ κεχώρισται τε καὶ ἠλλοτριώται· διὰ δὲ τῶν
αὐτῶν, καὶ τοὺς τρέφοντας τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας
δίδοντας· ἐπαινέει, οὗς εἶναι βούλεται διὰ παντός, ὡς
ἀπὸ λουτροῦ καθαρῶς, καὶ τὰς τρίχας ἔχειν ἀπερί-
τους ὡς ἀπὸ προσφάτου κουράς· καὶ κατὰ τὸν τόκον
τῶν ἀρετῶν διδουμένοντας, τῆς διπλῆς καθαρότητος
γίνεσθαι πατέρας· τῆς τε κατὰ ψυχὴν καὶ τῆς κατὰ
σῶμα θεωρουμένης· καὶ μηδὲν ἔχει ἀγονοῦν ἐν τῷ
κρείττονι.

stant, tum quæ in animo tum quæ in corpore conspiciatur : et nihil habeant sterile in boni fetifica-
tione.

Ὀριγένους. — Εἰρηται δεύτερον ταῦτα τῆ B
Νύμφῃ, κ. τ. λ. (87).

ζ'. Ὡς σπαρτίον κόκκινον χεῖλη σου· καὶ ἡ
λαλιά σου ὠραία ὡς λέκυρον τῆς βόας, μῆλόν
σου· ἐκτός τῆς σιωπῆσεώς σου.

Γρηγορίου (88). — Μέτρου ὄνομα τὸ σπαρτίον·
τὴν μὲν οὖν μεμετρημένην τοῦ λόγου διακονίαν δηλοῖ,
ἐν ᾧ ψαλμῶδός φυλακὴν καὶ θύραν περιοχῆς ἰνόμεασε·
τότε δὲ μάλιστα τυγχάνει τοῦ μέτρου ὁ λόγος, ὅταν
τῷ τοῦ Σωτῆρος περιέχρηται αἵματι· ὁ τοῖνον λα-
λοῦντα ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν Χριστὸν, αὐτὸς ἔχει τὸ
σχοινίον ἐπὶ τοῦ σώματος τὸ γεωμετρικόν, τῷ τοῦ
λυτρωτοῦ καλλωπιζόμενον αἵματι· λαλίαν δὲ ὠραίαν
ὀνομάζει τὸ σπαρτίον τὸ κόκκινον, δι' οὗ πάλιν ση-
μαίνει τὸ καθαρὸν καὶ ἑμμετρον· τὸ γὰρ ἀκριβῶς
ὠραῖον ἐν τῷ ἰδίῳ καιρῷ τῆς ἀκμῆς προσφερόμενον,
ὅτε ἄωρόν ἐστιν, οὕτε ἐξέωρον· τῷ δὲ λεπύρω τῆς
βόας τὸ μῆλον τῆς παρειᾶς ὠραῖζων, μεγάλην τιὰν
προσμαρτυρεῖ τῆ Νύμφῃ τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τελειό-
τητα· σημαίνει γὰρ μὴ ἐν ἄλλῳ τιῶν τὸν θησαυρὸν
αὐτῆ παρασκευάσθαι, ἀλλ' αὐτὴν εἶναι θησαυρὸν
ἑαυτῆς, παντός ἀγαθοῦ παρασκευὴν ἐν αὐτῇ περι-
έχουσαν. Ὡς γὰρ τῷ λεπύρω περιέχεται τῆς βόας
τὸ ἐδώδιμον, οὕτως ἐνδείκνυται τῷ φαινομένῳ κάλλει
τοῦ βίου, τὸν ἔνδον αὐτῆς θησαυρὸν περιέχεσθαι.
Οὗτος οὖν ἐστὶν ὁ κρυπτὸς θησαυρὸς τῶν ἐλπίδων,
ὁ βίος καρπὸς τῆς ψυχῆς, τῷ ἐναρέτῳ βίῳ καθάπερ
τινὶ βόας λεπύρω κρατούμενος· τὸ δὲ ἐκτός τῆς
σιωπῆσεώς σου τοιοῦτόν ἐστιν, ὅτι ὁ ἔπαινος οὐκ
ἐκ τῶν φαινομένων τοιοῦτόν ἐστι ὅσα τῷ λόγῳ μη-
νύεται, ἀλλὰ μᾶλλον ὅσα τῆ σιωπῆ ἀποκρύπτεται,
τὴν τοῦ λόγου διαφεύγοντα μήνυσιν· ὥστε γὰρ τὸ
ἐκτός τοῦ λόγου σιωπῆ νοεῖται, οὕτω καὶ τὸ ἐκτός
σιωπῆσεως, τὸν λόγον νοήσεις. Ἐκεῖνο γὰρ σιωπῶμεν,
ὃ διὰ τῶν λόγων ἐξαγγέλλειν ἀδυνατοῦμεν· φησὶν
οὖν ὅτι καλὰ μὲν καὶ μεγάλα τῷ λόγῳ φανῆναι δυ-
νάμενα ὃ ἐκτός ἐστὶ τῆς σιωπῆσεως· τὰ δὲ τοῦ λό-
γου ἐκτός τὰ τῆ σιωπῆ καλυπτόμενα, τὰ ἄβητά τε
καὶ ἀνεκφώνητα, μείζω πάντως καὶ θαυμασιώτερα
τῶν ἐκφαινομένων ἐστίν.

ἦ Psal. cxi, 5.

A inventori primo acceptum refertur, ut ars ferraria
Thobelo et pastoritia Abelō, agricultura Caino,
vitiū cultura Noemo. Ita cum in divino zelo
excellenter quasi dux aliis præluxerit Elias, qui-
cunque post illum vestigia ejus secuti sunt per
vitæ imitationem veluti quidam grex caprarius
illius facti sunt qui princeps talis vitæ auctor
exstitit. Iidem laus et gloria sunt Ecclesiæ, selecti
ut capillorum sint ornamentum, cum sensuum vita
locum in eis nullum habeat. Propterea quoque
dentes laudat, qui scilicet Ecclesiæ corpus alunt.
Nos vult semper tanquam a lavacro esse puros, et
minime superfluos habere crines quasi recens
tonsons, et virtutum interim fecunditate geminis
foetibus insignes et duplicis puritatis parentes

Origenis. — Secundo hæc dicta sunt ipsi Spon-
sæ, etc.

Vers. 6. Sicut funiculus coccineus labia tua, et
eloquium tuum decorum : sicut cortex mali punici
gena tua, extra taciturnitatem tuam.

Funiculus mensuræ nomen est : itaque mensura
quadam circumscriptam sermonis usurpationem
designat : quam Psalmista custodiam et ostium
circumstantiæ nominavit. Tunc autem potissimum
sermo mensura circumscribitur quando tingitur
sanguine Servatoris. Qui igitur habet Christum in
se loquentem, is etiam funiculum illum geometri-
cum habet in ore Salvatoris sanguine decoratum.
Eloquium porro decorum nominat funiculum cocci-
neum. Nam quod vere elegans nunquam indecorum
est, cum vero deinde per mali punici corticem genas
ornat, insignem quamdam in bonis perfectionem
Sponsæ tribuit. Significat enim non in alio quopiam
ipsi situm esse thesaurum ipsius, sed ipsam sui
ipsius thesaurum esse, quippe quæ omnis boni
apparatum in se contineat. Nam ut cortice con-
tinetur id quod in malo punico esculentum est ; sic
etiam demonstrat contineri thesaurum ejus inte-
riorem pulchritudine illa vitæ quæ sub aspectum
cadit. Hic igitur est occultus ille spei thesaurus
proprius animæ fructus, qui vita virtutis consen-
tanea quasi quodam mali punici cortice continetur :
quod autem additur. *Extra taciturnitatem tuam*
est ejusmodi : scilicet laudem hanc non tam ex
apparentibus quæ sermone indicantur æstimandam
quam ex iis quæcunque silentio teguntur ut verbis
indicare nequeunt. Sicut enim id quod extra ser-
monem est, silentium intelligitur, sic id quod est
extra taciturnitatem, sermonem intelliges. Nam id
reticemus, quod verbis enuntiare non possumus.
Ait igitur præclara quidem et magna quæ indicari
oratione possint, esse extra silentium. Quæ vero
extra sermonem silentio tecta et ineffabilia sunt
omnibus modis majora et admirabiliora esse iis
quæ oratione proferantur.

NOTE.

(87) *Patrol.* t. XVII, col. 277.

(88) *Anonyma* in C. B.

VERS. 7, 8. *Sexaginta sunt reginæ et octoginta A concubinæ et adolescentulæ quarum non est numerus. Una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ; electa est ei quæ peperit ipsam. Vide-runt eam filii et beatificabunt eam reginæ et concubinæ, et laudabunt eam.*

Dogma quoddam cultioris philosophiæ in hisce verbis per laudes Sponsæ proponitur, nempe non eadem ratione atque ordine ea quæ sunt creati ac recreari. Nam cum a principio per divinam virtutem producta est creatura, in re qualibet una cum principio absque mora finis etiam perfectione rei conjungebatur, quando universa de nihilo producta simul cum principio perfectionem etiam suam consequerentur. Est autem humana quoque natura in prima sui exstantia perfectioni conformata. Ad imaginem enim Dei et similitudinem factus est homo, quibus verbis id quod summum et perfectissimum est significatur. Quid enim Dei similitudine perfectius? Itaque in prima creatione sine ullo temporis intervallo una cum principio finis etiam apparuit, et a perfectione cœpit naturam suam esse. Postquam autem, propter vitiositatem, morti tradita fuit, non derepente iterum recuperat perfectionem, sed via quadam et ordine ad majus progreditur, dum paulatim affectionem ad contraria proclivem extinguit, per honestius vitæ institutum, cognatam circumradens pravitatem. Unde multas etiam mansiones apud Patrem illum esse accepimus, dum pro ratione propensionis ad bonum, et abscensus a malo, cuique merces parata est. Alius enim est adhuc in primo melioris vitæ initio, ut qui recens a fundo vitæ vitiosæ ad veritatis fruitionem emerit: alius studioso conatu jam boni quadam accessione et incremento auctus est; alius quasi medium iter conscensionis ad illa sublimia confecit: alius etiam medium hoc cursu præteriiit. Nonnulli et hos superarunt, quos rursus alii sunt prætergressi. Contendentibus item aliis supra hos quoque ad celsiora. Denique Deus omnino pro varietate industriæ singulorum suo quemlibet ordine recipit, cuique vices retribuens. Hanc propositis in verbis philosophiam tradi existimamus, quæ discrimen animarum Sponsam intuentium in jam dictis designat. Illi enim qui non ita pridem velut ex alvo quodam in imo siti erroris proclivunt, et quasi recens nati necdum sermonis articulati capaces sunt, propter dilatationem fidei non satis a ratione confirmatam numero cernuntur infinito: qui salutarem quidem sermonem mysterii sacri esse crediderunt, non tamen per scientiam quandam et certitudinem ab ipso sermone, quasi solido nixam fundamento veritatem in se habent. Atque hæc sunt illæ nominatæ adolescentulæ, quod

ζ, η. Ἐξήκορτά εἰσι βασιλίσσαι, καὶ ὀγδοήκορτα παλλακαί, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς. Μία ἐστὶ περιστέρη μου τελεία μου· μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς· ἐκλεκτὴ ἐστὶ τῇ τεκούσῃ αὐτὴν· εἰδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσι· βασιλίσσαι καὶ παλλακαί, καὶ αἰνέσουσιν αὐτὴν.

Γρηγορίου (89). — Δόγμα ἐστὶ τῶν ἀστείωτέρων ἐν τοῖς ῥητοῖς τούτοις, φιλοσοφίαν διὰ τῶν ἐπαίων τῆς Νύμφης παρατίθεται· ὅτι οὐ μετὰ τῆς αὐτῆς τάξεως καὶ ἀκολουθίας κτίζεται τὰ ὄντα καὶ ἀνακτίζεται. Ὅτε μὲν γὰρ κατ' ἀρχὰς διὰ τῆς θείας δυνάμεως παρήχθη ἡ κτίσις, ἐφ' ἐκάστου τῶν ὄντων ἀδιαστάτως τῇ ἀρχῇ συναπηρτίσθη τὸ πέρας· πᾶσι τοῖς ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγενομένοις, ὁμοῦ τῇ ἀρχῇ συνανισχούσης τῆς τελειότητος· ἐν δὲ τῶν κτισθέντων καὶ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἀπὸ τῆς πρώτης ὑπάρξεως συμπλασθεῖσα τῇ τελειότητι. Κατ' εἰκόνα γὰρ θεοῦ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος καὶ ὁμοιωσιν· δεικνύοντος τοῦ λόγου τὸ ἀκρότατον καὶ τελειότατον· τί γὰρ ὑπέρτερον τῆς πρὸς θεὸν ὁμοιότητος; ἐπὶ μὲν οὖν τῆς πρώτης κτίσεως ἀδιαστάτως τῇ ἀρχῇ συνανεφάνη τὸ πέρας, καὶ ἀπὸ τῆς τελειότητος ἡ φύσις τοῦ εἶναι ἤρξατο, ἐπεὶ δὲ διὰ κακίας θανάτῳ παρεδόθη, οὐκ ἀθρόαν πάλιν ἐπαναλαμβάνει τὴν τελειότητα, ἀλλ' ὁδῶ τινὲ καὶ τάξει πρόεσιν ἐπὶ τὸ μείζον, κατ' ὀλίγον ἀποσκευαζομένη τὴν πρὸς τὰ ἐναντία προσπάθειαν, δι' ἀστείωτέρας διαγωγῆς περιεξομένη τὴν συμφύτην τοῦ χειρόνος· ὅθεν καὶ πολλὰς μονὰς εἶναι παρὰ τῷ Πατρὶ μεμαθήκαμεν, κατὰ ἀναλογίαν τῆς ἐκάστη πρὸς τὸ κλόν σχέσεως καὶ τῆς τοῦ χειρόνος ἀποστάσεως, ἐτοιμαζομένης πᾶσι τῆς ἀντιδόσεως. Ὁ μὲν γὰρ τις ἐν ἀρχῇ τῆς τοῦ βελτιόνος ἐστὶ βιώσεως· ἄρτι καθάπερ ἐκ βυθοῦ τινος τοῦ κατὰ κακίαν βίου, πρὸς τὴν μετουσίαν τῆς ἀληθείας ἀνανηξάμενος· τῷ δὲ τις γέγονεν ἡδη δι' ἐπιμελείας καὶ προσθήκη τοῦ κρείττονος· ἄλλος ἐπὶ πλείον διὰ τῆς ἐπιθυμίας τῶν ἀγαθῶν ἐπηρξήθη· ὁ δὲ μέσως ἔχει τῆς τῶν ὑψηλῶν ἀναβάσεως· ἕτερος καὶ τὸ μήπου παρέδραμεν. Εἰσὶ δὲ τινες οἱ καὶ τούτων ὑπεράραντες· ἄλλοι κάκεινους παρήλασαν· καὶ ὑπὲρ τούτους ἕτεροι πρὸς τὸν ἄνω δρόμον συντείνονται· καὶ ὅπως κατὰ τὴν ποικίλην τῶν προαιρέσεων διαφορὰν ἕκαστον ὁ θεὸς ἐν τῷ ἰδίῳ προσδέχεται τάγματι, τὰς οἰκίας ἐκάστη ἀμοιβὰς ἀποδιδούς. Ταῦτα διὰ τῶν προκειμένων ῥητῶν φιλοσοφεῖν τὸν λόγον ὑπενοήσαμεν, τὴν διαφορὰν τῶν ψυχῶν, οἱ πρὸς τὸν Νυμφίον ὄρωσιν, ἐν τοῖς εἰρημένους ἡμῖν διαστειλάντα· οἱ μὲν γὰρ ἄρτι καθάπερ νηδύος τινός, τῆς ἐν βάθει κειμένης ἀπάτης ἐξω γινόμενοι, ἄρτιγενεῖς ὄντες, καὶ οὐπω διηρθρωμένον τὸν λόγον ἐν ἑαυτοῖς χωρήσαντα, τῇ ἀλογωτέρα συγκαταθέσει τῆς πίστεως ἐν ἀπείρῳ θεωροῦντες πλῆθει· σωτηρίον μὲν εἶναι πεπιστευκότας τοῦ μυστηρίου τὸν λόγον· οὐ μὴν ἐπιστήμη τινὲ καὶ τῇ διὰ τοῦ λόγου πληροφοροῖζ

NOTE.

(89) Anonyma in C. B.

καθυδριμένην ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὴν ἀλήθειαν, Αδ- Α primam adhuc ætatem spiritualem agant, quæ per
ταί εἰσιν αἱ ὀνομασθεῖσαι νεάνιδες, διὰ τὸ ἔτι νεάν
ἀγειν τὴν πνευματικὴν ἡλικίαν· αἱ γεννηθεῖσαι μὲν
τῷ λόγῳ τῆς πίστεως, ὅπως δὲ διὰ τῆς προσηκού-
σης· αὐξήσεως τοιαῦται γεγόνασιν ὡς ἐπὶ γάμον
ἀκμὴν προελθεῖν, καὶ φθάσαι εἰς ἀνδρα τέλειον, εἰς
μέτρον γαμικῆς ἡλικίας, ὥστε τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου
δύνασθαι κυφορῆσαι, καὶ Πνεῦμα σωτηρίας παιδο-
ποιήσασθαι. Πλὴν καὶ οὗτοι τῶν σωζομένων·
τῶν δὲ διὰ τῆς καθηκούσης ἐπιμελείας αὐξηθέντων
τῆ διανοίᾳ, καὶ καταλειπομένων ἤδη τὴν νηπιότητα,
διπλὴν ὑπὸ τοῦ Λόγου τὴν ἁδιαφορὰν διδασκόμεθα.
Γίνονται μὲν γὰρ αἱ ψυχὰς αὐσώσωμοι τῷ Λόγῳ, καὶ
αὗται κάκειναι· ἀλλ' αἱ μὲν ἔρωτικαί, τιμὴ διαθέσει
προσκολλῶνται· αἱ τινες διὰ τῆς τελειοτέρας διαθέ-
σεως ἀνακραθεῖσαι τῆ τοῦ Θεοῦ καθαρότητι, βασι-
λισσαι ὀνομάζονται, διὰ τὴν τῆς βασιλείας κοινωνίαν·
οἷα ἦν ἡ τοῦ Δαβὶδ λέγουσα· Ἐμοὶ δὲ τῷ προσ-
καλλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθὸν ἐστὶ· καὶ ἡ τοῦ Παύλου·
Οὐδεὶς ἡμᾶς χωρήσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χρι-
στοῦ. Αἱ δὲ φόβῳ κολάσεως τὰς μοιχικὰς ἀποφεύ-
γουσαι πείρας, μένουσαι καὶ αὗται ἐν ἀφθαρσίᾳ καὶ
ἀγιασμῷ, ἀλλὰ φόβῳ μᾶλλον ἢ πόθῳ παιδαγωγού-
μεναι, αἱ τινες παλλακαὶ ἀπὸ τοῦ λόγου κατονομά-
ζονται· οὕτω γὰρ τις αὐτῶν μήτηρ βασιλέως, καὶ
κοινωνὸς τῆς ἀξίας δυνατῶς ἔχει· διὰ τὸ μὴ ἀναλα-
θῆσθαι τὸ ἀδέσποτον καὶ αὐτοκρατὸς τοῦ ἐναρέτου
φρονήματος· ἡ δὲ κατὰ τὸν ἀριθμὸν διαφορὰ τῆς
τῶν δύο ταγμάτων διαστολῆς, τοιοῦτόν μοι δοκεῖ
νοῦν ἔχειν.

Γρηγορίου. — Ἐξ εἰσιν ἐντολαὶ δι' ὧν ἡ βασι-
λεία τοῖς δεξιόις ὀνομάζεται. Λογισώμεθα τούτων
ἐκάστην, τὸ δεσποτικὸν εἶναι τάλαντον· προσήκει
δεκαπλασιασθῆναι παρὰ τοῦ πιστοῦ οἰκέτου παρὰ
τῆς ἐργασίας. Εἰ τοίνυν διὰ τῶν ἐξ τούτων ἐντολῶν,
ἡ τῆς βασιλείας γίνεται κοινωνία τῆ ψυχῆ, τὸ δὲ
τέλειον τῆς ἐργασίας ἐφ' ἐκάστης ἐστὶ, τὸ δεκαπλα-
σιάζει τὴν ἐντολήν, καθὼς φησὶν ὁ ἀγαθὸς δοῦλος
ἐκείνος, ὅτι ἰδοὺ δέκα τάλαντα τὸ ἐν σου τάλαντον
ἐποίησεν, εὐρίσκομεν ἐκ τοῦ ἀκολουθοῦ τὴν μίαν
βασιλείαν εἰς ἐξήκοντα πλατυνομένην· τὴν δὲ
τοῦ δεκαπλασιασμοῦ τῶν ἐξήκοντα ἐντολῶν εἰς κοι-
νωνίαν τῆς βασιλείας παραδεχθεῖσαν· ὡς πολλάς
εἶναι τὴν μίαν, τῷ πολυτρόπῳ χαρακτηρί τῶν ἐν-
τολῶν ἐμμερισθεῖσαν, καὶ ἐκάστῃ τῶν κατορθωμά-
των ἰδιαζόντως ἐμμορφωθεῖσαν· ἀκολουθῶς καὶ διὰ
τῶν ὀδοῦντων, τὸ τῆς ὁδοῦς μυστήριον παραδη-
λοῦσθαί φασιν· πρὸς ἣν βλέποντες οἱ φόβῳ παιδα-
γωγούμενοι, τῆς τῶν κακῶν κοινωνίας ἀπειροῦνται.
Οὕτω γὰρ ἐν ταῖς ψαλμῶδαις ἐμάθομεν, ἐν αἷς προ-
τέταται διὰ τῆς ἐπιγραφῆς ἡ ὁδός. Μαστιγουμένων
γὰρ ἀντικρὺς αἱ φωναὶ τῷ φόβῳ τῶν ἐλπίζομένων εἰς
ἐλασον ἐπικάμπτουσαι τὴν ἀκοήν· φησὶ γὰρ πρὸς
τὸν κριτὴν ὁ πρὸς τὴν ὁδὸν βλέπων· Κύριε, μὴ
τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῆ ὀργῇ σου παιδεύ-
σῃς με· ἐλέησόν με, Κύριε, ὅτι ἀσθενὴς εἰμι·
ἔσται τοίνυν καὶ ἐπὶ τοῦτο ἀνάλγως τῆς ἐντολῆς, ἡ

præmam adhuc ætatem spiritualem agant, quæ per
fidei quidem sermonem genitæ sed necdum conve-
niente incremento ejusmodi factæ sunt, ut ætatem
nuptiis maturam attigerint, et ex Dei metu ferre
uterum possint et spiritum salutis gignere. Verum-
tamen et hi sunt de numero salvandorum juxta
illud : « Homines et jumenta salvabis, Domine »,
jumenta vocans eorum qui servantur partem pro-
prie nonnihil accedentem ad bruta. Cæterum
illorum, in quibus conveniente studio mens aucta
est, quique infantiam reliquerunt, duplex hic dis-
crimen discimus. Etenim animæ quidem illæ con-
corporantur Verbo, tam hæc quam illæ : verum
aliquæ quidem per amatoriam quamdam affectio-
nem cum eo conglutinantur, quæ propter perfectio-
nem illam affectionem Dei puritate attemperatæ,
ob regni societatem reginæ nominantur : qualis
erat Davidis anima dicens : « Mihi autem adhæ-
rere Deo bonum est » ; et Pauli : « Nemo nos sepa-
rabit a charitate Christi ». Aliæ autem supplicii
metu adulterii tentationes vitant, quæ et ipsæ
manent in incorruptione ac sanctificatione ; sed
metu magis quam desiderio adductæ, concubinæ
in hoc sermone nominantur ; neque enim illarum
ulla mater regis ac dignitatis particeps fieri potest,
quia necdum hoc consecuta est, ut nullius dominio
subjecta sit. Neque virtute præditi sensus, tenent
principatum. Hæc autem secundum numerum dif-
ferentia distinctionis ordinem duorum talem mihi
videtur habere sensum :

Sex omnino sunt præcepta per quæ regnum pa-
ratur iis qui ad dexteram collocantur. Statuamus
apud animam quodlibet horum esse talentum illud
herile, quod negotiando effici a bono ac fideli servo
decuplo amplius convenit. Si ergo per hæc sex
præcepta regni anima fit particeps, et in quolibet
horum quæstus ac negotiatio perfecta est, manda-
tum ipsum quasi decuplicare, quemadmodum bo-
nus ille servus ait, unum heri sui habentem decem
aliorum talentorum lucrum acquisivisse ; consenti-
nea ratione quadam reperimus, in sexaginta regi-
nas unam illam ex crescere, per decuplationem sex
mandatorum in regni societatem venerit ; ita ut
multæ sint, una illa per multiplicem mandatorum
characterem divisa et in quolibet opere præclaro
peculiariter velut expressa. Consimiliter etiam per
octoginta mysterium octavæ dicimus declarari, ad
quam respicientes illi qui metu ducti, a malorum
societate arcentur. Hoc enim in psalmis animadverti-
mus, quibus præfigitur in inscriptione vox octava.
Voces autem ipsæ sunt prorsus eorum qui metu fu-
tutorum malorum quasi flagellantur ad commise-
rationem aures flectunt. Ait enim ad judicem is
qui ad octavam respicit : « Domine, ne in furore
tuo arguas me, neque in ira tua corripas me. Mi-
serere mei, Domine, quoniam infirmus sum ». Erunt
igitur etiam in his pro ratione præcepti de-

⁸ Psal. xxv, 7. ⁹ Psal. lxxii, 28. ¹⁰ Rom. viii, 39. ¹¹ Psal. vi, 2, 5.

cuplo incremento aucti octoginta concubinæ, quæ secundum a regina ordinem obtinent, quod metu servili et non amore sponsali ad bonum accedant. Verumtamen si dilectio plane tandem metum eiciat, mutatusque metus dilectio fiat: tum demum unitas reperitur id quod salutem consequitur, omnibus inter se unitis in conglutinatione cum uno soloque bono, per illam quæ in columba est perfectionem, ut sicut in Evangelio ait: « Unum sint, sicut nos unum sumus ».¹³ Hujus autem unitatis nexu est Spiritus sanctus. Quamobrem is qui de puero in virum perfectum augescendo evasit, ad mensuram ætatis spiritualis pervenit, e mancipio, et concubina reginæ dignitatis particeps effectus. Denique capax gloriæ Spiritus sancti factus per impassibilitatem ac puritatem, hic est perfecta columba. Hujus porro matrem dicit columbam illam quæ de cælo ad Jordanem devolavit. Nam in filio genitoris omnino natura conspicitur. Hanc igitur animam felicem prædicant adolescentulæ, hanc concubinæ, hanc reginæ laudant. Etenim communis animalibus omnibus ad beatitudinem talem cursus propositus est. Omnes autem hi a natura comparati sunt, ut cupiditate animi ad id quod beatum est atque laudabile contendant. Quamobrem si columbam hanc filia beatam prædicant, omnino et ipsæ fieri columbæ cupiunt. Itidem quod a concubinis et reginis columba laudatur, argumento est has quoque studiosas illius esse quod prædicatur, donec tandem iis omnibus unum factis, qui ad eandem desiderii metam respiciunt et nulla in ullo vitiositate superante, omnia Deus in omnibus fiat, quotquot per unitatem inter se in boni societate coalescunt.

Nili. — Sexaginta reginas forte dicit eos qui in Judaismo sunt. Erant enim aliquando regnum et sacerdotum et gens sancta: octoginta vero pellices illas hæreses quæ quidem per mysterium resurrectionis octavæ denario annumerantur, sed minime legitimum cum illo conjugium habeant quod sensu spirituali per concubinas significantur. Adolescentulas porro vocat gentes a Deo alienas et a lege Spiritus extraneas quas ne numero quidem dignas censuit; hanc enim propter multitudinem, is qui stellarum multitudinem annumerat, ipsas non numeravit, sed quod non dignæ essent numero. Illa namque numero digna censet quæ ordinem eximium et fide dignum obtinent. Unam autem columbam vocat Ecclesiam, quæ cum dormiverit inter medios clericos, columba facta est perfecta. Quæ alas habeat deargentatas, et posteriora dorsi in pallore auri, propter perfectionem habitus virtutis, perfecto Patri qui in cælis est assimilata, et electam existentem matri suæ sapientiæ, quæ ipsam genuit in doctrinis veritatis, quam nunc quidem viderunt filia reginæ et concubinæ; sed non intel-

Ἐπὶ τὸ δεκαπλάσιον αὐξήσεις, γενόμεναι ὀγδοήκοντα παλλακαί, τὴν δευτέραν τάξιν ἔχουσαι μετὰ τὴν βασιλισσαν· αἱ φόβῳ δουλικῶ καὶ οὐχὶ ἔρωτι νυμφικῶ τῷ ἀγαθῷ προσεγγίζουσι. Πλὴν εἰ ἔξω βάλλει τελείως ἡ ἀγάπη τὸν φόβον, καὶ μεταποιηθεὶς ὁ φόβος ἀγάπη γένοιτο, τότε εὐρίσκεται μόνως τὸ σωζόμενον, ἐν τῇ πρὸς τὸν μόνον ἀγαθὸν συμφυτῆ· πάντων ἀλλήλοις ἐνωθέντων, διὰ τῆς κατὰ τὴν περισσεῖαν τελειότητος· ἵνα καθὼς φησὶν ἐν Εὐαγγελίῳ· « Ἐν ὧσι, καθὼς ἡμεῖς ἐν ἔσμεν »· τὸ δὲ συνδετικὸν τῆς ἐνώπητος ταύτης τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ τοίνυν ἐκ μὲν νηπίου εἰς ἄνδρα τέλειμα ἀναδραμὼν διὰ τῆς αὐξήσεως, καὶ φθάσας εἰς τὸ μέτρον τῆς νοητῆς ηλικίας, ἐκ δὲ τῆς δούλης τε καὶ παλλακίδος τὴν τῆς βασιλικῆς ἀξίαν μεταλαβὼν, δεκτικὸς δὲ τῆς τοῦ Πνεύματος δόξης γενόμενος δι' εὐπαθείας καὶ καθαρότητος, οὗτός ἐστιν ἡ τελεία περισσεύα. Μητέρα δὲ αὐτοῦ λέγει εἶναι τὴν περισσεῖαν ἐκεῖνην, τὴν ἐπὶ τῷ Ἰορδάνῃ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταπτᾶσαν· τῷ γὰρ τέκνῳ πάντως, ἡ τοῦ γεγεννηκότος ἐπιθεωρεῖται φύσις· ταύτην τὴν ψυχὴν μακαριοῦσιν οἱ νεάνιδες· ταύτην αἰνοῦσι παλλακαὶ καὶ βασιλισσαί· κοινὸς γὰρ ἐπὶ πάντος τάγματος πάσαις ψυχαῖς ὁ δρόμος, πρὸς τὴν τοιαύτην μακαριότητα· φύσις δὲ ἐστὶ πᾶσι πρὸς τὸ μακάριον τε καὶ ἐπαινουμένους τῆς ἐπιθυμίας συντείνεσθαι· ὥστε εἰ μακαρίζουσι τὴν περισσεῖαν αἱ θυγατέρες, ἐπιθυμοῦσι πάντως γενέσθαι περισσεῖαν καὶ αὗται· καὶ τὸ αἰνεῖσθαι παρὰ τῶν παλλακίδων καὶ βασιλίδων, τεκμηρίον ἐστὶ τοῦ καὶ αὐτὰς πρὸς τὴν ἐπαινουμένον τὴν σπουδὴν ἔχειν· ἕως ἂν πάντων ἐν γενομένων τῶν πρὸς τὸν αὐτὸν τῆς ἐπιθυμίας βλεπόντων σκοπὸν, μηδὲ μῖδς ἐν μηδενὶ κακίας ὑπολειφθεῖσης, γένηται ὁ Θεὸς τὰ πάντα ἐν πᾶσι τοῖς διὰ τῆς ἐνόητος ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ συγκεκραμένοις.

Νεῖλου. — Ἐξήκοντα βασιλισσαί, τάχα τοὺς ἐν τῷ Τουδαῖσμῳ λέγει. Βασιλεῖον γὰρ ἦσαν ποτε ἱεράτευμα καὶ ἔθνος ἅγιον· ὀγδοήκοντα δὲ παλλακῆς, τὰς διὰ μὲν τὸ τῆς ἀναστάσεως μυστήριον τῇ ὀγδῆ δεκάδι ἀριθμουμένας· διὰ δὲ τὸ μὴ γνησίαν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχειν συζυγίαν, τῷ τῶν παλλακίδων ὀνόματι σημαινομένας αἰρέσεις. Νεάνιδας δὲ, ἅς οὔτε ἀριθμοῦ ἤξιωτε, τὰ ἔθνη τὰ ἀπῆλλοτριωμένα τοῦ Θεοῦ, καὶ ἕξανα τῶν διαθηκῶν τοῦ πατρὸς· οὐ γὰρ διὰ πλῆθος αὐτὰς ὁ τὸ πλῆθος τῶν ἄστρων ἀριθμῶν οὐκ ἔριθμησεν, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀνάξιον τοῦ ἀριθμοῦ. Ταῦτα γὰρ ἀξιοὶ ἀριθμεῖν, ὅσα τὴν τάξιν ἐλλόγιμον ἔχει καὶ ἀξιοπίστον· μίαν δὲ περισσεῖαν λέγει τὴν Ἐκκλησίαν, ἣ τις διὰ τὸ κεκοιμηθῆαι ἀνά μέσων τῶν κλήρων, περισσεῖα γέγονε τελεία, τὰς πτέρυγας ἔχουσα περιηγουρωμένας, καὶ τὰ μεταφρῆνα ἐν χλωρότητι χρυσοῦ· διὰ τὸ τέλειον τῆς κατ' ἀρετὴν ἕξως ὁμοιωθεῖσα τῷ ἐν οὐρανοῖς τελείῳ Πατρὶ, καὶ ἐκλεκτὴν οὔσαν τῇ μητρὶ αὐτῆς, τῇ ἐν τοῖς τῆς ἀληθείας δόγμασιν αὐτὴν τεκούσῃ σοφίᾳ ἣν νῦν μὲν εἰδοσαν θυγατέρες βασιλισσαί καὶ παλλακαί, οὐκ ἐνόησαν δὲ, οὐδὲ συνῆκαν τὸ περὶ αὐτῆν οἰκονομηθῆν μυστήριον· αἱ

¹³ JOH. XVII, 22.

ώσους: δι' ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀνταποδόσεως· ἐξωμέ-
 νην τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν συνάφειαν. Τὸ μὲν γάρ,
 ἐπὶ τοῦ παρελθόντος· τὸ δὲ μακαριοῦσι καὶ ἀνέσουςι
 ἐπὶ τοῦ μέλλοντος.

Φίλωνος. — Ἡ ἐξήκοντα βασίλισσαι, τὰς ἐκ τῶν
 δώδεκα φυλῶν ταῖς πέντε καθαρευούσαις αἰσθήσεσι
 ψυχάς. Περιστέρα δὲ ἡ ἄκακος Ἐκκλησία Χριστοῦ·
 τῆ δὲ μητρὶ αὐτῆς ἐστὶ μία τῆ ἐπ' οὐρανῷ σοφίᾳ, τῆ
 σαρκὶ Χριστοῦ ἐκλεκτῆ ὄσῃ, ἐν τῷ ἀναγεννᾶσθαι
 αὐτὴν· ἦν αἱ θυγατέρες μακαριοῦσι· « Πολλοί
 γὰρ προφηταὶ καὶ βασιλεῖς ἐπεθύμησαν ἰδεῖν αὐ-
 τὴν, καὶ οὐκ εἶδον.»

Ἀπολιναρίου. — Καὶ ἄλλως· τὸ τελειότατον αὐτῆς
 ἐν τῇ πρὸς Θεὸν οἰκειώσει δηλοῦται, παραβαλλομένης
 τῆς τελείας Ἐκκλησίας τοῖς τε ἐκ τῆς προτέρας
 κλήσεως ἐπιφανεστάτοις, καὶ τοῖς νῦν δευτέροις μετ'
 αὐτὴν. Κοσμικὴ δὲ ἡ τοῦ προτέρου λαοῦ κλήσις, καὶ
 τῆ ἐξῆδι σύστοιχος τῆ κοσμογόνῃ· ἡγεμονικὴ δὲ αὕτη
 καὶ ἡ ἐπὶ βασιλείᾳ κειμένη· τηρεῖται δὲ τῷ γένει
 τῷ Ἰσραηλιτικῷ τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα παρὰ Χριστοῦ
 κατὰ τὰς προφητείας, τὸν τοῦ Δαβὶδ ἐπαγγελλομένης
 θρόνον, καὶ τὸν τοῦτου κατορθωτὴν Χριστὸν, κατὰ
 τὸ ἐν Εὐαγγελίοις· καὶ βασιλεύσει ἐπὶ τὸν οἶκον
 Ἰακώβ εἰς τοὺς αἰῶνας· τὰς δὲ τῆς Νέας Διαθήκης,
 ὀρθοῦσθαι δείκνυσιν ἀριθμὸς.

Ἰσιδώρου. — Τί ἐστίν, ἐξήκοντά εἰσι βασιλι-
 σσαι, καὶ τὰ ἐξῆς, ἄκουε· ἐχέτω μὲν ἡ ἀμώμητος
 καὶ παρθένος Ἐκκλησία, ἡ ὀρθὴν καὶ περὶ τὸν θεῖον
 πίστιν ἔχουσα τὰ πρωτεία, καὶ αὕτη καλεῖσθω περι-
 στερὰ τελεία, ὅλων τῶν ταγμάτων ὑπερβαίνουσα τὴν
 ἀξίαν. Εἰ δὲ καὶ εἰς πράξεις αὐτὸ ἐκλαβεῖν χρῆ, λε-
 λέχθω καὶ τάδε· ἐξήκοντά εἰσι βασιλίσσαι, αἱ τῆς
 βασιλείας ἔνεκεν εὐ πράττουσαι ψυχαί· καὶ ὀγδοή-
 κοντα καλλοκαί, αἱ φρόν τῆς κολάσεως ἀπεχόμεναι
 κακοῦ· καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, αἱ διὰ
 τινος προφάσεως κοσμικὰς σωφρονοῦσαι, καὶ τὸ δι-
 καιον διώκουσαι· δι' ὧν οὐτε πόθῳ τῆς βασιλείας,
 οὐτε φόβῳ τῆς κρίσεως τὸ δέον πράττουσαι, ἀλλ'
 ἵνα πλούτου ἢ δόξης ἢ τινος μὴ στερηθῶσι. *Μία ἐστὶ
 περιστέρα τελεία* ἡ τὸ καλὸν πράττουσα, τῶν ἄκρων
 ἀγίων σύνοδος, ἡ οὐτε διὰ μισθὸν, οὐτε διὰ τιμωρίαν,
 οὐτε διὰ πρόφασιν τινα βιωτικὴν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῷ Θεῷ
 φίλον πράττουσα τὸ δέον.

Ἀριστεύου. — Αἱ νεάνιδες ἀριθμὸν οὐκ ἔχουσαι,
 κ. τ. λ. (90).

(91) Ἄτιος οὖν γενοῦ τῆς ἀγαλλιάσεως· ἄτιος οὖν
 γενοῦ τοῦ δραμεῖν αὐτὸν ἐπὶ σέ· θέλει γὰρ σε προ-
 σπάσασθαι, θέλει προλαβεῖν (92).

¹² Luc. x, 24.

(90) *Patrol.* t. XVII, col. 277.
 (91) S. Gregorii Nyaseni sermo 15, sive postre-
 mus, in Cantica desinit in cap. v, 8. Neque dein-
 cept in codice Vaticano, unde hanc Patrum Cate-
 nain edimus, nomen Gregorii legitur. Quare judi-
 cent crudeliter lectores, utrum de auctore Procopio,

A legerunt neque cognoverunt mysterium quod circa
 ipsam dispensatum fuit. In tempore autem remun-
 erationis laudabunt. eam quod Christi conjunc-
 tionis intima digna sit habita. Illud quidem ad
 præteritum, hoc vero quod ait *beatificabunt et
 laudabunt* ad futurum refertur.

Philonis. — Vel etiam sexaginta reginas intelli-
 git a duodecim tribubus animas quinque sensibus
 purificatas. Columba vero pura Christi Ecclesia
 quæ est unica matri suæ cœlesti sapientiæ, carni
 Christi electæ existenti in ejus regeneratione,
 quam filiæ beatificabunt. « Multi enim prophete
 et reges voluerunt videre quæ videretis, et non vi-
 derunt ¹². »

Apollinarij. — Aliter etiam id quod perfectissi-
 mum est in ejus cum Deo familiaritate declaratur,
 dum Ecclesiæ perfectio cum eminentissimis qui-
 busque prioris vocationis comparatur, et modo
 posterioribus post ipsam. Mundana porro illa prio-
 ris populi vocatio etiam sextenario quo mundus
 hic creatus est coelementalis existit, eademque
 principalis et in regno sita. Servatur autem generi
 israelitico dignitas regalis in Christo secundum
 prophetias quæ promittunt thronum David, et ejus
 directorem Christum, juxta Evangelia librosque
 Regum in domo Jacob in sæcula: Novi denique Te-
 stamenti fœdera numerus indicat octogenarius.

Isidori. — Audi quid sibi velit illud: *Sexaginta
 sunt reginæ*, etc. Teneat quidem primas immacu-
 lata et virgo Ecclesia, quæ et rectam de divino
 numine fidem habet, et ipsa vocetur columba per-
 fecta, omnium ordinum dignitatem transcendens.
 Si vero etiam ad actiones hoc referre oportet, di-
 cantur et hæc: *Sexaginta sunt reginæ*, scilicet ani-
 mæ quæ regni causa bene agunt; et *octoginta con-
 cubinæ*, quæ metu supplicii abstinere a malo.
Et adolescentulæ quarum non est numerus, quæ
 propter respectus aliquos mundanos sese continent
 et sectantur justitiam, a quibus, neque regni de-
 siderio, neque judicii timore, id quod decet agitur,
 sed ne divitiis, vel gloria, vel honore aliquo pri-
 ventur. *Una est columba mea*, perfecta, quæ bonum
 agat: nempe sublimitium sanctorum congregatio
 quæ neque propter mercedem, neque propter sup-
 plicium, neque ob alium quempiam respectum
 temporalem, sed quia Deo placeat, bonum agit.

Origenis. — Adolescentulæ numerum non ha-
 bent, etc.

Fias igitur causa exsultationis; fias occasio ejus
 ad te occursum: vult enim te attrahere, vult as-
 sumere.

NOTÆ.

an de quovis alio cogitandum sit, ubi loci occurrunt
 ἀδέσποτοι. Mibi quidem otium ad hanc inquisitionem
 non suppetit.
 (92) Ἄτιος — προλαβεῖν. Hæc in C. B. Origeni
 ascribuntur.

VERS. 9. *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora, pulchra ut luna, electa ut sol, pavor ut acies ordinatæ?*

Origenis. — Considera Sponsam multas Sponsi laudes reveritam recessisse; conferens autem cum ipsa reliquarum accedentium animas Sponsus admiratur absentis perfectionem, ob quam filiæ quæ pulchritudinem ejus contemplantur, ipsam prædicant beatam, et concubinæ et reginæ tanquam diviniore laudant. In quibus Sponsa quasi sub splendidissimo tabernaculo existens appareat, et Sponsus ea quæ hic proponuntur ad cæteros de illa dicat. Anima enim de tenebris promicans cum aurora primum comparatur, quia tunc recens incipit dies illucescere. Cum autem de mundo rebusque mundanis emergerit, sit tanquam electa, id est plena luna, non habens in se partem quæ a Sole justitiæ non illuminetur. Cæterum quia luna in potestatem noctis posita est, ea vero quæ perfecta anima, vel macula rugisque carentes Ecclesiæ sunt exemplo lunæ minime continentur; idcirco juxta Isaiaam ¹⁴, erit luna sicut sol, lumen vero ejus ita percellet, ut in stuporem etiam agantur inferiores, tanquam spectaculorum ejus et ex eisdem operationum multitudo æquivalcat toti multitudini eorum quæ in hoc universo collocata sunt. Fortassis vero ex eo quod intelligatur Verbum, eum ex qui sermonibus est et rerum omnium ordinem assumpsisse, figuræ rerum ordinarum ipsi insitæ faciunt ipsam ad instar ordinarum in hoc universo virtutum.

Nili.—Cæleste ipsius vitæ institutum obstupescens amici sponsi percellabantur et confitentur stuporem suum actionum ejus aspicientes lucere coram hominibus: ita ut omnia decenter et secundum ordinem faciens composita sit acies, nihil delicti, nihilque confusi in se continens. Pulchra vero est ut luna et electa ut sol, quandoquidem tam in die quam in nocte versantes illuminat, unicuique statui prout commodum est utiliter sese adaptans. Cæterum sicut aurora quoque a statu proprio per condescensionem progreditur, non totam semetipsam ostendens iis qui illam totam videre non poterant, sed per partes promicans pro ratione facultatis intuentium, et sicut aurora progrediens non sicut meridies, nec sicut splendor diurnus, siquidem solari radio perfrui necdum poterant, sed caliginoso statu relicto, matutina et blandiori luce utebantur, ne repentinus solaris radii fulgor, oculum in tenebris versatum, ita subito illuminatum læderet.

Apollinarii. — Qui et pro diversis facultatibus, diversis rebus assimilatur. Nam habet quidem lunæ blanditiem, solis vero puritatem.

Philonis. — Quandoquidem enim morte paula-

¹⁴ Isa. xxx, 26.

θ. *Τις αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ἥλιος, ὀμόβολος ὡς τεταγμένοι;*

VERS. 24. *Qui abscondit in sinum suum manus injuste, neque ori quidem admovebit eas.*

Qui non recte vivit, abscondit in anima manus injuste, terram suam laborare nolens neque panibus impleri. Siquidem virtutes circa actiones occupatæ manuum rationem obtinent ut quæ panem illum ori nostro afferant qui de cælo descendit et dat vitam mundo. Non poterit proinde talis, quod sit piger et ignavus, illum frugi actionis initium comparare.

CAPUT XX.

VERS. 2. *Non differt comminatio regis a furore leonis: qui autem irritat eum peccat in suam ipsius animam.*

Non enim habet intellectum quo evadat mala quibus undique circumdatus est; si autem furor draconum est vinum illorum, incontingens autem vitium est, utique incontingens est et furor, utpote homines intemperantes reddens, et contumeliosa est ira ut quæ effervescente furore progignitur. Quamobrem Nazaræi quo viæ expertes viverent a vino abstinere jubebantur. Qui regem irritat, id est qui peccato ad iram Christum provocat, in suam ipsius animam peccat.

VERS. 4. *Exprobratus piger non confunditur; similiter et qui fenore accipit frumentum a messe.*

Eusebii. — Talis enim cum propter tempus deberet esse magister, etiamnum prima opus habet institutione. Si autem sit frumentum in messe illud fenore ab illis accepit qui per sex annos terram suam laborarunt et septimo viduas et pupillos nutriunt.

VERS. 20. *Maledicentis patrem aut matrem extinguetur fax: pupillæ autem oculorum ejus videbunt tenebras.*

Eusebii. — Qui enim maledixerit patri aut matri,

¹ Lev. xx, 9. ² Matth. vii, 12.

A morte moriatur¹. Sed et qui Christo et Ecclesiæ maledixerit, fide privabitur quam habebat ante criminationem, quæ erat in ipso lux. Possit etiam de externis tenebris usurpari, quamobrem quoque in futuro effertur. Quin et Christus quidem pater est habentium spiritum adoptionis, mater ve eorum qui lacte, et non solido cibo indigent, quandoquidem et Paulus pater quidem Ephesiorum fuit, sapientiæ ipsis revelans mysteria, mater vero Corinthiorum lacte illos potans.

VERS. 10. *Pondus magnum et pusillum et mensuræ duplices, immunda sunt apud Dominum et utraque et qui facit ea.*

Basilii. — Circa iudicium inæqualitatem statutarum appellatione insinuans, significat eum qui dolosam habeat affectionem, verbis quidem blandam sed reipsa pravam, esse immundum: ut cui quis præ se ferat temperantiam qui non sit temperans. Quin et omnem excessum et defectum mensuram magnam et parvam esse arbitror. Utrumque enim adjunctum habet vitium: mensura porro duplex est illi qui ab alio quidem beneficia vult accipere, sed paria vicissim aliis non retribuit. Non enim morem gerit dicenti: « Omnia quæcunque vultis ut faciant homines, hæc et vos similiter facite illis². »

CAPUT XXI.

VERS. 4. *Magna sapiens in contumelia audax corde; fax autem impiorum peccatum.*

C Magna sapiens, inquit, in contumelia non in virtute, sed de quibus confundi oportuerat in his gloriatur. Fax autem impiorum peccata, juxta illud: Ambulate in lumine ignis vestri. Bonum enim arbitrantur peccatum, cum sit temporarium. Fortassis vero etiam quasi respectu impietatis in Deum atque deteriorum fax esse peccatum videatur. Sed et a majori malo quis ad id quod minus est veniens, initium accipit illustrationis.

VERS. 19. *Melius habitare in deserto quam cum muliere rixosa et linguosa et iracunda.*

Didymi. — Cælebs esse præstat quam cum tali commorari: vel etiam melius est esse in Ecclesia e gentibus, quam in Judæorum synagoga. Vel etiam prout David ait: « In terra deserta, in via, et inaquosa. » Terra igitur est virtus, quæ non habet pristinos habitatores, neque homines secundum desideria erroris depravatos, adeoque diabolus non invenit in ea requiem, siquidem ambulat per loca arida et inaquosa quærens requiem et non invenit. Est enim ille rex omnium qui in aquis degunt. Et de sapientia frequentes, inquit, commorationes domorum ejus. Quod si hoc verum uti revera est, mulier pugnax seu rixosa est malitia, quæ illum cum quo habitat rixosum, et linguacem et iracundum efficiet.

CAPUT XXII.

VERS. 7. *Divites pauperibus imperabunt, famuli propriis dominis fenerabunt.*

Eusebii. — In sæculo futuro qui in omnibus ditati fuerint, in omni cognitione ac sapientia imperabunt iis qui divitiis istis destituuntur. Cæterum quod hic de servis ac dominis dicitur, tanquam quid arcanus jam omittatur: ad litteram autem humanæ vitæ instabilitatem declarat. Quin et ubi penes paucos est imperium, divites pauperibus dominantur. Item alio sensu scientiâ præditi ignavis ac rudibus præsumunt, et fideles qui ex gentibus sunt Israelitis, quibus id antea jus erat doctrinam fenerant, tametsi prius illi gentibus plurimis feneraverint, iisque imperaverint. Nunc autem ab iis regno cælorum ablato vice versa contigit.

VERS. 16. *Qui calumniatur pauperem, multa facit sua: dat autem diviti ad minus.*

Quemadmodum diabolus calumniatur nos, accipiens a nobis virtutes quas non dederat nobis, sic et nos caluniamur ipsum accipientes ab ipso vitia quæ non dedimus ipsi. Et in quantum quidem accipimus ab ipso vitia, tanquam ab eo qui virtutibus pauper est accipimus: in quantum vero virtutes nostras ipsi damus, in detrimentum nostrum, tanquam in malitia diviti, illas donamus. Quo igitur plura quis illi donat, eo animam suam magis vulnerat.

VERS. 20. *Et tu vero describe ea tibi tripliciter, in consilio et scientia super latitudinem cordis tui.*

Eusebii. — Dicit: Proverbia erunt enim tibi hæc describenti in mente, ut loquaris in eis sedens in domo et ambulans in viâ, et decumbens ac surgens. Trifariam autem unumquodque eorum et in consilio et in scientia describe, v. g., quodlibet eorum quæ theoriam spectant, siquidem etiam habet littera verum, erit triplex. Verbi gratia illud: « Non alligabis os bovi trituranti¹¹, » ad litteram sic habet: secundum anagogen quidem significat, non oportere in nobis id quod circa terram operatur, nempe sensum, prohibere quo minus rebus sensibilibus utatur recte, indeque cibum habeat. Secundum allegoriam vero, doctorem qui, inquit, seminavit in nobis spiritalia debere metere carnalia, nempe cibum a nobis accipiendi. Consilium porro et scientiam vocat ea quæ ad actionem et doctrinam spectant. Vel etiam quod omnis scripturistica compositio seu commentatio in moralem et naturalem ac theologiam dividetur. Ac primæ quidem consonant Proverbia, secundæ vero Ecclesiastes, tertæ denique Cantica canticorum, quæ intellecta per animæ puritatem in corde describuntur.

Chrysostomi. — Vel etiam sic q. d.: Dilata cor tuum ad susceptionem theorematum divinorum, ut quilibet sensus multiplicetur. Audiens enim: Non mœchaberis, siquidem habes uxorem, contentus sis littera, sin secus, ne duxeris. Id ipsum etiam in aliena doctrinâ locum habet, vel a Domino sponso minime mœchandam et recedendum mente ab ejus albatione; vel illud tripliciter sumitur pro tuto, et firmiter vel frequenter, juxta illud Ezechielis:

¹¹ 1 Cor. ix, 99. ¹² Job. xl, 15.

A Quoniam exfornicata es tripliciter, vel invidiosè in omni vita tua. Vel trifariam Scripturæ verba describuntur, nempe secundum historiam: et ad mores animæ, et secundum anagogen. Tria porro sunt potissima mutationis ætatis tempora, secundum quæ quis est puer, juvenis et vir perfectus. Atque tripliciter dicens hoc ait: ut simplicior ædificetur ab obvia litteræ locutione, perfectus vero ex arcano litteræ sensu. Ut enim homo constat e corpore et anima et mente, ita et sancta verba. Singula enim tripliciter sunt, nempe secundum litteram et intellectum et contemplationem seu anagogen.

VERS. 27. *Si enim non habueris unde solvas, tolent stratum quod sub costis tuis.*

B Ne temere des testimonium præceptoribus de quibusdam scire volentibus, diverso enim illo apparente in te redundabit debitum cui non eris solvendo: nemo enim pro alio bonus; sibi metipsum enim vix sufficit, occurrent autem doctores quibus fidem obstrinxisti, in moralibus quidem actiones, in scientiis vero rectæ de Deo ac mundo sententiæ, quibus non exhibitis seu solutis rapient tegumentum tuum in quo requiescis: animæ, inquam, facultates seu vires, costæ namque vires designant, ut in isto Job: « Costæ ejus, costæ ænæ¹² » id est vires vocis evanidæ, vel etiam aliter. Ne temere obstringas carnem, vel ne assumas actiones alienas, nisi enim repertus fuerit qualem testatus es, omnino in te istiusmodi debiti solutio redundabit. Qui amicas admittit cogitationes et per hoc malignum honorant, probis cogitationibus deteriores solvere studeant, quia tollent substratam virtutem, siquidem hæc stantis in justitia mentis vestimentum dicitur, reliquum vero quod per pravas cogitationes excidit stratum appellatur.

CAPUT XXIII.

VERS. 1-3. *Si sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi: Et mitte manum tuam sciens, quod oportet te talia præparare. Si autem insatiabilis es, noli concupiscere escas ejus: hæc enim obtinent vitam falsam.*

D In prandio quidem, inquit, dictis tuis custodiam adhibe, in cœna vero post prandium intellige quæ penes te sunt, non quæ te superiora et procul sita sunt; et dictis consonam adijunge actionem: sic enim spiritualibus consentanea parabimus. In mensa igitur potentis nihil humile vel terrenum quære quonutiaris, neque tam id quod historicum, quam quod spiritale sit atque cœleste. Hoc enim accipiendum quando littera sensum sequitur: dynastæ autem intellige Christi, sin vero dynastarum scribatur, Moysis et prophetarum. Si autem non amas liberari a litteræ consideratione, noli insaturabiliter concupiscere escas ejus. Nam si circa solam verberis litteram, ab allegoria abstinens, quid dicere poteris de iis quæ secundum litteram simul consistere non possunt, quale est illud: « Spinæ nascuntur in

nam temulenti? ¹⁰, Mensa dynastarum sunt oracula prophetarum, quæ oportet auditorem ab historia traducere ad theoriam et sic illa exercere. Spiritualiter autem intellige illa quæ apponuntur tibi, et extende manum tuam. Ne in sola, inquit, historia pedem figas, neque primo ferculo contentus sis: hoc enim sibi vult illud: « Et injice manum tuam. » Sciens istiusmodi tibi esse præparanda, id est spiritualiter intelligenda, nempe ut et tu Christum virtutibus nutrias: quod si insatiabili studio historie inhæreas, quo pacto spiritualis mensæ particeps eris? adhærent enim vitæ mendaci, carnæ non spirituali: talibus enim istiusmodi cibus apponitur, qui possit nutrire animas.

VERS. 21. *Omnis enim ebrius et scortator mendacibus; et induetur disruptis et laceris omnis somnolentus.*

Vetat vinum quod e vite sodomitica exprimitur. Congruit hoc etiam quoad litteram et secundum usum illi qui studet sapientiæ. Nam licet adversariorum dogmata carniæ more videantur solida, bonumque nutrimentum præstare, sunt tamen serpentina digestuque difficilia ut venenum aspidum et uva fellis. Ne illa itaque audiens, ad eorum coemptiones te extendas: sed ad hoc solum ea audire permissum ut refutandi illos argumentum conseceris. Habes vinum ex vera vite expressum, nempe sensum Scripturarum: ex his qui bibunt sobria ebrietate inebriatur, et ab hominibus excedit conversans cum Deo. Qui autem de vinea Solomorum bibit, ex dementia compositus est. Quapropter etiam dicitur: inimici autem nostri amentes. Mendicat autem omnis qui divina doctrina et sapientia excidit, in cuius dextera sunt divitiæ et gloria, cum meretricibus versans veram notitiam simulantibus. Et ebrius est ex vino veterum inducente. Denique qui ut virtutem comparat non advigilat, neque sobrius est, is animæ suæ vestimenta lacera et vilia ostendit. Animæ autem vestimenta sunt sana dogmata, et rectorum cogitationes actionum: quæ quidem vestimenta vir probus lucida obtinens, omni tempore candidis induitur, odioque habet tunicam carnis sordibus contaminatam.

VERS. 22. *Audi, fili, patrem qui genuit te; et non contemnas quoniam sensit mater tua.*

Patris tui præceptoris mater est doctrina: tua enim infirmitas illius videtur esse. Excita proinde magis teipsum et tunc matrem robustam vegetamque invenies. Tu enim tua negligentia illam ad senectutem et oblivionem redigis, ipsa nihil interim patiente. Dicebat quidem seniorum animam esse matrem mentis, animam vocans ipsam animæ affectionem et iram et concupiscentiam. Nam per practicas virtutes in lucem mens producit: siquidem per fortitudinem et temperantiam adipiscimur sapientiam et scientiam Dei, quæ sunt virtutes iræ et concupiscentiæ. Dixit autem fortasse matrem quæque vetus testamentum quod non facile contemendum est.

¹⁰ Prov. xxvi, 9.

A **VERS. 30.** *Nolite inebriari in vinis, sed conversamini cum hominibus justis et conversamini in locis deambulationis.*

Avertit per hæc a vino et ebrietate, plurima exinde damna recensens atque perpetua supplicia.

Evagrii. — Ne sensiliter intelligas Scripturam, admonet ut conversemur cum justis in ipsa descriptis. Vel etiam cum superstitibus adhuc sanctis conversari jubet ambulantes et proficientes, quod neque stantis neque sedentis est. Mens enim quæ conversatur in locis deambulationis digne ambulat vocatione qua vocata est, et in Scripturis versatur quæ vitas justorum continet.

CAPUT XXIV.

B **VERS. 3.** *Cum sapientia ædificatur domus, et cum intellectu dirigitur.*

Chrysostomi. — Sæpenumero Scriptura medias artes appellat sapientias, ut in isto: Quis dedit mulieribus texendi sapientiam? hoc est faciendi habitum: sapientiæ quidem quæ insit artificio, rationis autem calculi dispensarum quæ satis sint ad perficiendum; hæc enim structura, quin et compages speculationum sapientiæ sapienter ædificatur cum virtute speculativa et intelligentia practica. Verumtamen « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificavit eam. » Cooperante enim opus est Deo. Domus quæ initio non erat, post lapsum autem instauratur, cum practica virtute consummatur, domus animæ est. Cum intelligentia porro horum erigitur et ad vivum depingitur, et cum sensu, cum labore et actione replentur animæ receptacula.

VERS. 10. *Immunditia autem viro pestilenti, inquinabitur in die mala et in die tribulationis quoad usque deficiat.*

Immunditiam quoque propheta peccatum declarat: immunditia ipsius ante pedes ejus. In actionibus enim ejus peccatum, quod indurabitur in habitum motu difficilem firmatum.

Didymi. — Talis autem deficit supplicio affectus, in die judicii. Nempe qui dum virtute polleret prius vir erat, desinit esse talis a virtute excidens eo die quo patrat mala. Quod si virtutem malitia minuit, interim quoque malitiam virtus. Hoc autem erit in futuro sæculo, quoad usque deficiat iniquitas. Nam illud *inquinabitur* idem est quod corumpetur seu destruetur. Destruitur autem immunditia vel a practica virtute vel ab acerbitate supplicii.

VERS. 12. *Si autem dixeris: nescio hunc; scito quoniam Dominus corda omnium noscit: et qui figuravit spiritum omnibus, ipse novit omnia, qui reddit unicuique secundum opera ejus.*

Si, inquit, dixeris: Non novi hunc, arguet te mendacii et reus eris falsitatis ac cædis. Qui enim figuravit animam, ipse novit omnia, et reddit unicuique secundum qualitatem, bonum bono et per-verso prava. Quod enim non secundum quantitatem patet: « Non enim sunt condignæ passionis hujus

temporis ad futuram gloriam.) Quod si vero quis etiam secundum quantitatem recipere voluerit, juxta capacitatem cujusque virtutis æstimet, quemadmodum etiam dona Spiritus secundum fidei mensuram dantur.

VERS. 13. *Comede mel, fili, bonus enim est favius, ut dulcescat guttur tuum. Sic senties sapientiam animo tuo : si enim inveneris, erit bonus obitus tuus, et spes te non deseret.*

Is mel comedit qui ex divinis litteris utilitatem accipit : qui autem ex rebus ipsis e quibus sancti prophetae et apostoli hauserunt, sermones haurit, ille comedit favum qui solius est mundi pectoris. Alio vero sensu dicendum mel esse allegoriam, favum vero litteralem considerationem, utpote quæ abditum et profundiorum sensum habeat : inest enim favo mel : guttur vero altricem animæ facultatem, qua cibi trajiciuntur in ventrem. Itaque si hæc recte digesseris tam quæ ad intelligentiam, quam quæ ad historiam pertinent, erunt tibi gustus sapientiæ ipsamet ejus dogmata et decreta. Et erit bonus obitus tuus, ita ut dicatur : « Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus ¹⁴ : » nec futurorum bonorum spe excides.

VERS. 15. *Noli applicare impium ad pascua justorum : neque seducaris saturitate ventris.*

Justorum pascuum est locus virens et floridus, nec non juxta refectionis aquam educatio. Ne igitur, inquit, impium in ovium illius veri pastoris pascua introducas. Cum enim nullam pascendi artem aut modum teneat, veluti sus quædam impurissima, manibus pedibusque conculcabit vineam illam quæ a patrefamilias plantata fuit. Ne igitur decipiat te, tametsi ex illa nutriris aliquantulum et saturare ventrem posse videaris, infirmatur enim circa rerum cognitionem. Potius autem ipsi congruit victus tenuior, id est prima christianæ fidei institutio quæ ad divina dogmata introducit, ut et solido exinde cibo vesci possit. Alio item sensu : Ne voluptatis causa Deum prodas : Hic enim est justî pabulum et nequaquam te derelinquet.

VERS. 19. *Ne gaudeas in malefactoribus neque amaleris peccatores.*

Eusebii. — Quandoquidem inimici tui malis gaudent, noli similis esse illis : nam si de punitione illorum non est gaudendum, multo minus ipsis mala patrantibus complacendum.

VERS. 20. *Non enim fient posteri maligno, fax autem impiorum exstinguetur.*

Didymi. — Homines perversi non generant virtutes neque recta dogmata, hæc enim rectæ animæ sunt pignora. Hæc autem jam dictis consentanea sunt. Nam inimici, inquit, perversi cum sint, alienis congavisi sunt lapsibus. Quod autem reprehendis, tunc zelatus fueris ? Quodquod enim quasi splendidum est ipsorum et deceptorium est dum hæc vita durat, et morte exstinguitur, quin et frequenter viventibus adhuc redargutis exstinctum est.

¹⁴ Psal. cxv, 15. ¹⁵ Isa. xi, 2. ¹⁶ Ephes. iv, 23.

Gladius lingua regis et non carnea : quicumque autem traditus fuerit, conteretur.

Gladius est autem verbum Dei, et non carnea, id est sensibilis, si enim irritatus fuerit furor ejus cum nervis homines absorbit et ossa hominum devorat, et comburit tanquam flamma, ita ut sint inepta esui pullis aquilarum.

Veteres enim homines qui secundum concupiscentias erroris corrupti sunt, gladius Dei consumit : ut deponentes veterem hominem, novum induant. Qui secundum Deum creatus est, qui et a dæmonibus deglutiri non poterit a Domino emundatus et ab omni vitio abstinens. Subdit enim ita ut sint inepta esui pullis aquilarum, vel etiam quia combusta et digesta ; cæterum esui inepta sunt aquilis, est enim usus circumlocutione.

Qui congregavit ventos in sinu !

Eusebii. — Ac sensilium quidem ventorum vires moderatur ; spirituum vero alid sunt sublimes de Deo cogitationes in quibus inambulatur in ilem reperiendus. Si igitur qui egressus est de radice Jesse congregavit ventos in sinu, de quo dicitur : et requievit super eum spiritus sapientiæ et scientiæ, spiritus cognitionis et pietatis, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus timoris Dei¹⁶. Alius ait : Quis per veram cognitionem abscondit cognitionem falsam ?

Ne saturatus mendax fiam, et dicam : quis me videt ? aut egens furer et perjurem nomen Domini.

Saturitas enim superbiam gignit, quæ quæ reprehensione superior esse videatur, ut qui verbo et opere peccati sit expertus. Vel ne, inquit, repletus scientia videar aliorum captum superare, vel ea quæ supra ipsos sunt proferens, mendax esse videar. Sed et furatur quis aliena theoremata ut mentem repleat esurientem. Sed hoc ante Servatoris adventum : nunc autem Paulus ait : « Qui furabatur jam non furetur ¹⁶, » magis autem operetur justitiam, ut adeptus scientiam communicet etiam necessitatem patienti. Quid enim non nostrum ut furemur ? omnia enim nostra sunt, nos autem Christi, Christus vero Dei. Furatur porro scientiam non qui eam ab illo qui prius acceperat, sed a falsi nominis scientia capit. Fideles itaque qui illam ab apostolis et prophetis hauriunt, nequaquam theoremata furari dicuntur, sed potius hæredes esse paternarum possessionum.

Filius malus sublimes oculos habet, palpebris autem suis extollitur. Filius malus gladios dentes habet, et cultros molas, ut consumat et comedat humiles de terra, et pauperes eorum ex hominibus.

Filium malum ait patrem maledicere, nempe illum qui educavit ipsum in disciplina et correctione ac Domini timore, et matrem similiter vel etiam sic : Malus discipulus odit præceptorem, illius sermones nequitiae suæ reprehensionem existimans. Virtutem autem cum doctrina contineat, sagillare quidem non audet, sed illam inculpatam agnoscens, præsidem ipsum conviciatur. Alio sensu, filius ma-

lus gladios dentes habet; dicens: Ne accedas ad me quia mundus sum, ut absumat infirmos de terra. Tales enim infirmorum hominum carnes confingentes mordent ac devorant eos. Illud autem: « exitum suum non abluit, » vel corporalem ab alvo directionis intelligit, quod cum in exortu suo non sit ablutus, justum semetipse judicet, et molas secantes, aut os ab obsceno sermone, aut cor ab immundis cogitationibus illotum habeat, vel vitæ exitum non sit meditatus: vel adhuc impurus sit, quia inquinamenta quæ ex ortu nativitatis contraxerat baptismatis aqua non abluit ut regeneraretur, sed mansit in prima generatione.

VERS. 27. *Præpara in egressu opera tua et præparare in agro, et vade post me, et ædificabis domum tuam.*

Id est, hic age quæ tibi prosint in futurum. Agrum autem in Evangeliiis vocavit hunc mundum: nunc vero agrum appellat mundi contemplationem, in quem munda corda ingrediuntur. Et vade, inquit, post me: qui enim sapientiam sequitur, mediam tenens viam, non declinat ad dexteram vel ad sinistram; incedit enim per eam quæ dicit: « Ego sum via; » unde subdit: « Et ædificabis domum tuam; » id est tuum vitæ institutum, ubi mea verba in opera redegeris. Cum sapientia enim domus ædificatur, in malevolam vero animam non introibit sapientia.

CAPUT XXV.

Hæ sunt disciplinæ Salomonis indistinctæ quas descripserunt amici Ezechix regis Judææ.

Didymi. — In regum tabulis repertæ sunt quædam sententiæ quas appellarunt disciplinas ad Ezechiam regem, quas ejus amici descripserunt, cum distinctionis ordinem non haberent, ita ut una quidem prima et alia secunda esset ac sic deinceps. Istius modi intelligentiam hic sermo mihi insinuare videtur: ut paræmiæ quidem quæ usque ad hanc inscriptionem hoc libro in unum corpus redactæ digestæque continentur, discrete, id est per versus et ordinate, compositiæ, concinnantæ Salomone, sic repertæ sint. At multæ adhuc aliæ sententiæ in apophtegmatum specie ab ipso depromptæ sparsim ferebantur. Historiæ porro prodidit Regum liber, quomodo locutus sit Salomon tria millia paraboliarum. Ex iis igitur quæ sparsim, confuse ac sine ordine ferebantur, has amici Ezechix quasi in fasciculum et concentum colligentes, et in unum ordinem ac seriem redigentes, huic libro adjunxerunt. Non ignoratis autem quam Deo amicus fuerit rex Ezechias, ac legalium præceptorum custos, et sinceri cultus divini studiosus, necnon falsi nominis decorum hostis atque inimicus. Consequenter igitur illius amici, utpote eloquentes Hebræi sapientes hæc indistinctas et confusas paræmiæ ordine quodam diligenter discernentes, et in unum corpus redigentes, regi quasi honorarium aliquod

obtulerunt. Itaque inscriptio hæc instar columnæ alicujus res gestæ historiam lectoribus exhibet, atque hoc ipsum quoque præsens lectio ostendit. Non enim habetur quas scripserunt amici Ezechix, sed quas descripserunt, id est, exposuerunt et dispersas explanarunt in unum concentum contententes.

Gloria autem regis honorat res.

Eusebii. — Diximus ut a virtutibus ac vitiis eorumdem possessores nominentur, juxta illud: « Justus Dominus et justitias dilexit », id est justos. Et timor Domini odit iniquitatem et contumeliam atque superbiam, id est, iniquum et contumeliosum atque superbium. Et nunc habentem Dei gloriam vel regis gloriam utrumque vocat. Hi namque abscondunt Dei verbum in semetipsis, ut non peccent, et honorant præcepta ejus dum illa faciunt. Nisi forsitan honorantem Deum vel regem dicat abscondere verbum et præcepta honorare. Qui enim ipsum inhonorat, per legis prævaricationem inhonorat ipsum.

VERS. 11. *Gratia et amicitia liberat: quas serva tibi ne exprobrabilis fias: sed custodi vias tuas composite.*

Eusebii. — Etenim Servator ait: « Veritas liberabit vos ». Et Paulus: « Christus nos redemit ». Si igitur amicitia, et veritas, et Christus liberet, Christus est veritas et amicitia. Unde etiam hi qui notitiam Christi habent inter se amici sunt. Alio sensu: Homo gratis ornatus est amicissimus quæ ipsius sensum liberare possunt: nam qui cum virtute cogitationum possidet constantiam, is omnino liber est.

VERS. 12. *In auream inaurem etiam sardium pretiosum ligatum est, sermo sapiens in aurem obedientem.*

Didymi. — Sicut malum aureum congruit sardio, ita scientia Dei, animæ puræ. Insere pretiosum sardium in auream inaurem, et Domini sapientiam in mentem expertem perturbationis: qui verbum opportunum suo tempore profert, is habet ornatum. Fortassis vero sardium significat actionem, quia lapis est, aurum vero considerationem. Et quoniam sapiens utrisque exornatur, sermo sic se habentibus immisus quasi propriis accommodatur.

VERS. 13. *Sicut exitus nivis in messe per æstum prodest sic nuntius fidelis iis qui miserunt eum: animas enim eorum qui ipso utuntur juvat.*

Ejusdem. — Vehemens enim æstus tempore messis, ante maturitatem cadere facit triticum; succedens vero nix resarcit damnum: sic nuntius fidelis prodest animabus. Fortassis quidem æstus sint tentationes et triticum in messe æstu adustum sit homo tentationibus exercitatus, nix vero paucillula refocillatio. Vel symbolice nix est Spiritus sanctus propter splendorem ac puritatem cujus exitus sunt sermones consolatorii.

VERS. 18. *Clava et gladius et sagitta acuta: sic et*

¹⁷ Psal. x. 8. ¹⁸ Joan. viii, 52. ¹⁹ Galat. iii, 13.

vir qui contra amicum suum dicit falsum testimonium. A hoc agit conformatus cuilibet eorum septem spirituum, quos assumens spiritus immundus postquam exierat, reversus est unde fuerat ejectus. Satanas autem nos rogat aliquando quidem impuris cogitationibus, voluptatis mollitie alliciendo, aliquando autem tanquam victus vocem articulatam emittendo, cui resistendum, utpote bellum adversus nos gerenti.

CAPUT XXVII.

VERS. 7. *Anima quæ in saturitate est, favis illudit : animæ autem egentis etiam amara dulcia videntur.*

Sapiens omni bono animam refectam habens, in differentium deliciarum usum nullo loco ducit, quod omnes hujus vitæ voluptates contemnat. Vel etiam sic : Qui refecti sunt iis quibus vae adjunctum est, illi apostolorum ac prophetarum, qui apes fuerunt, favis illudunt. Esurientes vero qui beati prædicantur, adjuti quoque amarum illis quibus exercitati sunt pseudo-doctorum commentis aliquam probabilitatis speciem præ se ferentibus, habent amara illa tanquam dulcia. Nempe qui divina repletus est cognitione, is humanæ sapientiæ sermones minime expetendos ducit : est anima divinis necdum initiata, ea quæ amara sunt, nempe scientias externas quasi cum vera Dei sapientia comparatas, dulces putat.

VERS. 10. *Amicum tuum vel amicum paternum ne dereliqueris : in domum autem fratris tui ne ingrediaris improspere agens.*

Cum enim etiam pater justus probe educet, similes quoque sibi habebit amicos justos, quos ne dereliqueris. Moris autem est felicem appellare illum qui fruitur iis quæ in hac vita expetuntur, infelicem vero contrarium. Qualis est invidus qui ægre fert se non habere quod vicinus. Dissuadet igitur talem se exhibere fratri : et quoniam omnis ejusdem fidei frater est, domus autem probi est virtus; ne huic, inquit, invideas, in sublimiori vitæ instituto versanti; sed ipsum imitare.

VERS. 18. *Qui plantat ficum, comedit fructus ejus; qui autem custodit suum Dominum, honorificabitur.*

Eusebii. — Cum littera non omnino sibi constet, dicendum est ficum una cum vera vite plantatam, cujus ficus vidit propheta bonos. Vel Dominus noster est ficus; nam fructus ejus lepram curat : qui autem sermonem custodit honorificabitur.

Didymi. — Fortassis vero etiam desancto Spiritu sermo est.

VERS. 22. *Si flagellaverit imprudenter in medio consessus inhonorans, non auferes imprudentiam ejus.*

Eusebii. — Nempe non ignominiose tractando illum quantam ignominiam stultitia conciliet. Aliter : Ne in omnibus adversus stultum flagelum extendas quia impudentior sit et contentiosior.

VERS. 26. *Ut habeas oves in vestimentum, cole campum, ut sint tibi agni.*

VERS. 23. *Ventus aquilo suscitavit nubes : facies autem impudens linguam irritat.*

Didymi. — Durus ventus aquilo cujus a facie suscitantur mala supra omnes inhabitantes terram, in tentationibus excitat nubes. Diabolum vocat faciem impudentem quæ irritet animam.

CAPUT XXVI.

VERS. 19. *Sic omnes qui insidiantur suis amicis, cum autem visi fuerint dicunt quia ludens fecit.*

Qui enim, inquit, pravæ ipsorum consuetudinis inexpertus, si prior iis occurrerit supplantatur : nihil enim a tentatoribus aut piratis differunt amici dolosi. Alio sensu : Quemadmodum illi manifestam absurditatem declinantes excusationis verba proferunt, accusantes nimirum eos qui tentant, deinde illum qui contradicit verbo primum e medio tollunt : sic etiam simulantes quidam amicitiam, sed visis amicis insidias struentes, cum deprehensi fuerint dicunt se ludentes facere.

VERS. 22. *Sermones assentatorum molles : hi vero percutiunt in penetralia viscerum.*

Didymi. — Contumeliosi sermones concitant rixæ perturbationem; qui vero proferunt sermones deceptorios, ut heterodoxi qui persuasibilibus et dulcibus sermonibus influunt in animas simpliciorum. Observa igitur, inquit, viros dolosos, quantumvis mollibus utantur verbis, sunt enim manifeste exasperantium, et ad fundum animæ pertinent : vox autem κερκώπων a vulpibus desumpta est quæ non aliter simpliciores aves venari et capere solent, quam caudis oculis obtentando, eaque ratione simpliciora animalia ad se alliciendo et intercipiendo.

VERS. 23. *Labia lævigata cor occultant triste.*

Eusebii. — Cor purum non occupabit tristitia, siquidem concupiscentias corruptas a se expulit : cor autem triste curant sermones consolatorii.

VERS. 24. *Labiis omnia annuit deplorans inimicus : in corde autem fabricatur dolos.*

Didymi. — Astutus nimirum assentator condolet amicis usquedum persuaserit se ipsis condolere ac pro iis laborare, in corde autem fabricatur mala, de quibus dictum : « Ore suo benedicebant et corde suo maledicebant ».

VERS. 25. *Si te rogaverit inimicus magna voce, ne credideris : Septem enim sunt nequitiae in anima ejus.*

Eusebii. — Cum enim perfectus sit in malitia,

** Psal. Lxi, 5.

Eusebii. — Campus floridus ac variis spiritualibus scatens flosculis est Scriptura sacra, herba doctrina divina, montanum fenum morum compositio.

Alterius. — Vitalium tibi inexistentium et minime deficientium bonorum curam gere. Montanum vero fenum est anima quæ in transmigratione fructum fert. Omni autem custodia cordis quoque campus honora. Campus porro appellat mentem: virentes autem herbas virtutes quæ in illa secundum captum existunt. Harum porro qui curam habet, is demetit herbam viridem, nempe Dei cognitionem. Fenum autem montanum est quædam sanctarum virtutum cognitio quæ rudiori adhuc animarum constitutioni congruit. Mos est autem sanctos montium nomine exprimere: ut cum David ait: « Levavi oculos meos in montes²¹, » et iterum: « Montes exsultaverunt ut arietes²², » utique propter Israelis salutem. Etenim si propter unum peccatorem pœnitentiam agentem gaudent angeli²³, quanto magis propter tam multos, qui relicta malitia ad virtutem transierunt. Quare vel sola sanctorum angelorum cognitio nutrit illas quæ in nobis sunt virtutes; ex quibus anima induit viscera misericordiæ, benignitatem, longanimitatem, cæterasque virtutes. Quia et David præditas ratione animas vocat campos, dicens: « Campi tui implebuntur²⁴, » etc.

VERS. 27. *Fili, a me habes verba fortia ad vitam æternam et ad vitam ministrorum tuorum.*

Didymi. — Habet a Deo verba fortia qui spiritum adoptionis filiorum accepit sibi ad vitam cooperantem. Alterum conducit ad vitam iis qui spiritu servitutis in timore instituuntur. Et fortassis inter verba Dei alia quidem ad filiorum, alia vero ad famulorum vitam scripta sunt.

CAPUT XXVIII.

VERS. 28. *In locis impiorum gemant justi: in illorum autem perditione abundabunt justi.*

Eusebii. — Locus impiorum est terrestris hic mundus, in quo commorantes velut in tabernaculo justi ab iis gravati gemunt. Si autem impii impietatem deposuerint, mox fient justi. Quæ illorum perditio impietatis modo designat interitum. Sic Dominus perdidit Matthæum ut publicanum, quando illi gratiam et justitiam impertivit.

CAPUT XXIX.

VERS. 1. *Melior est vir correptionum viro duræ cervicis: repente enim ardente et non est medela.*

Non dixit cessante flamma non esse medelam sed ardente, utpote quæ ligna, ferrum, stipulam habeat, quoniam etiam post combustionem medela est. Qui autem corripit, nempe ad pœnitentiam, abstinere ab opprobriis iis qui corripiuntur inferendis, cum melior sit conviciatore, hic enim est duræ cervicis. Non autem illud *melior* comparative sed per antiphrasin dicitur. Quæcunque igitur is qui duræ cervicis est, inconsiderate profert, minime

sanant. Dicit enim contumeliam faciens sed non emendare volens. Aliter vero, si correptione non curemur, repente accendemur et non repente sanamur.

VERS. 18. *Non erit enarrator genti iniquæ; custodiens autem legem beatissimus.*

Eusebii. — Non enarrator, inquit, sed castigator, si quidem non sermo sed virga datur genti iniquæ. Si enim gens iniqua sit, inutilis est legum enarrator, a quo etiam procul abest beatitudo.

CAPUT XXX.

VERS. 15. *Sanguisuga tres filia erant dilectione dilectæ, et tres ipsæ non saturaverunt eam et quartæ non sufficit dicere satia est.*

Insatiabilis spiritualium sanguinum diabolus est, qui tropice sanguisuga dictus est. Animæ autem sanguis est vitalis ejus facultas. Habet autem filias, sed non filios, nihil enim virile, sed omnem voluptatem effeminatam, et non habuit. Quin et justi cum veritatem dicant dicentes: « Rapiemur in nubibus obviam Domino in aera, » non possunt nosse vestigium aquilæ, animalis immundi ac rapacis, et in lege prohibiti, ne forte polluti, cum Domino semper esse non possint.

Origenis. — Navis fortasse hic illa intelligenda sit quæ Jesum et discipulos ejus vehens per mare non transibat; si quidem hæc navis contestim erat in terra ad quam virtute divina agebatur. Navis vero quæ Jesum non vehit, illa per mare transit, idque adversis semper ventorum flatibus turbulentum. Et quoniam vitæ hujus negotia vanitas sunt, quæ semper mare transeunt et nullum hominum ad vitam æternam adducunt, viæ illorum deprehendi non possunt. Nempe gloriosorum terræ regum vel etiam principum a vero Dei cultu alienorum vestigium nullum post mortem residuum relinquitur. Deleta est enim gloria illorum. Cæterum, inquit, non cognoscuntur quoque viæ viri in juventute concupiscentiis accensi, propter morum inconstantiam, et similiter meretricis propter impudentiam. Vel etiam significatur Ecclesia ex gentibus, quæ, postquam baptismo abluta fuit, nihil, inquit, absurdi gessit. Justus autem non est in juventute, quandoquidem « Consummatus in brevi explevit tempora multa. » **Talis etiam omnis mulier adultera** quæ se a sponso alienam reddidit, et anima quæ virum dereliquit et post amatores abiit.

VERS. 21-23. *Per tria concutitur terra, quartum autem ferre non potest. Si famulus regnet, et imprudens saturatus fuerit cibus. Et famula si ejecerit suam ipsius dominam: Et odibilis mulier si sortita fuerit virum bonum.*

Concussio terræ designat rerum quæ in ea geruntur mutationem, semel quidem in diluvio propter tunc regnans peccatum, quod natura sua servum est. Omnis enim qui facit peccatum, servus est peccati: si quidem peccatum regnavit in mortali hominum cor-

²¹ Psal. cxxi, 1. ²² Psal. cxliii, 4. ²³ Luc. xv, 7. ²⁴ Psal. lxxiv, 12.

poro. Altera vero vice in Sodomitis terræ suæ fertilitatem minime ferentibus, sed hospitibus etiam vini inferentibus. Tertia denique vice in abominanda Ægypto quæ sortita fuerat virum Joseph, tritici mensuram omnibus ne fame interirent admittentem : sed non tulit felicitatem suam in filios Israel injuriosa. Famula porro quæ dominam suam ejecit, est Ecclesia ex gentibus, quæ natura sua serva cum esset et a pactis extranea atque promissis aliena, ac longe a Deo, magis ei placuit præ nobili synagoga quæ domina erat propter patres ac legislationem. Ejecit autem dominam et facta est sponsa Christi. Dixerit autem quispiam hæc juxta diversas intelligentias convenire quoque iis qui ex gentibus crediderunt, qui et insipientes erant. In gentem enim, inquit, insipiente irritabo eos. Hic igitur populus quondam insipiens divinis oraculis educatus, ac sapientiæ panibus quos in lege ac prophetis paraverat, pastus ac pane vitæ refectus, cum propter peccatum, esset famulus, per cœlestis Sponsi susceptionem regnavit. Quin et anima nostra, cum sit mulier odibilis, virum nacta est bonum : vel etiam Ecclesia ex gentibus cum sit famula domus Dei, dominam suam ejecit ad quam Deus dixerat : « Audi, filia, et vide »²⁵, et quæ sequuntur. Judæi vero minime intelligentes ea quæ dicunt neque de quibus certiores facti sunt, tradunt quomodo nimirum Christus adveniens amator gentilis mulieris, hanc secum sumpturus sit ut regat Israel.

Vers. 24-28. *Quatuor sunt minima super terram, hæc autem sunt sapientiora sapientibus. Formicæ quibus non est fortitudo et parant æstate cibum, et chærogrylli gens non fortis qui fecerunt in petris domos*

²⁵ Psal. XLIV, 11.

A suas. Sine rege est locusta et pergit in acie ab una jussione ordinate; et calabotes manibus innitens et captu facilis habitat in munitionibus regum.

Visus est ea quæ dicta sunt ordine recensuisse : Primum enim egit de vituperio dignis sanguisugæ filiabus et oculo patrem irridente; deinde de peccatoribus qui intelligi non possunt : tertium de peerversorum mutatione; quartum de iis quæ paulo ante laudata sunt, qualia sunt sapientiora sapientibus. Deinde de iis consequenter quæ prospero itinere gradiuntur. Minima autem super terram esse arbitror illos qui ad Christum accedunt. Nam stulta mundi eligit Deus ut confundat sapientes, et quæ sequuntur: ea sunt sapientiora sapientibus. Si vero etiam supra terram hæc sunt minima, maxima igitur sunt in cælo. Quamobrem Servator ait : « Qui vult magnus esse inter vos erit minor omnium. » Primum autem hortatus est segnem ut minimos in terra operarios, nempe formicas imitetur : qui igitur Servatori dicenti : « Operamini dum dies est, venit nox quando nemo potest operari; » morem gerunt : sunt sapientibus sapientiores formicæ quæ parant æstate cibum ut pareant Domino dicenti : « Levate oculos vestros et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem, » præparant enim cibum ante futuram iræ hiemem. Chærogrylli porro symbolum sunt eorum qui habitant in adjutorio Altissimi, et non tantum bibunt de petra quæ est Christus, verum etiam in ipso commorantur. Propter diversas autem circa hoc animal intelligentias, in Levitico quidem immundus censetur chærogryllus, nunc autem laudatur. Eodem modo leo et laudatur et pro diabolo accipitur.

PROCOPII GAZÆI

CHRISTIANI SOPHISTÆ

IN ISAIAM PROPHETAM COMMENTATIONUM VARIARUM EPITOME,

JOANNE CURTERIO INTERPRETE.

AD ILLUSTRISSIMUM VIRUM, D. J. RUPIFUCALDIUM

MAJORIS MONASTERII ABBATEM.

PARISIIS

APUD MICHAELEM SONNIUM, VIA JACOBÆA, SUB SCUTO BASILIENSI

M. D. LXXX.

ILLUSTRISSIMO VIRO D. JOANNI RUPIFUCALDIO,
MAJORIS MONASTERII ABBATI.

Anno abhinc decimo tertio, quo tempore, mei juris adhuc, tibi nondum notus eram (vir illustrissime), cum in manus meas isthæc incidisset in Isaiam, prophetarum principem, commentatio, quam Latine vertere, et edere, de magnorum virorum consilio, statuissem: eam a me nulli potius, quam terminato illi Carolo Lotharingo, principi et cardinali amplissimo, quem unum Ecclesiæ, musarumque patronum Gallia tota agnoscebat, consecrari debere credideram. Et fecissem sane biennio ante illius mortem, si mei mancipii esse, privataque studia colere, quemadmodum cæperam, perrexissem. Verum, quod senex inquit Terentianus,

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, usus semper alliquid apportet novi;
Aliquid moneat.

Contigit enim anno vix integro post adeptum Procopium, ut ad fratris tui filios erudiendos accersitus, tuusque factus, nova mihi de me necessario ineunda esse consilia viderem, qui me totum tibi tuisque tradere statuissem. Cæpi igitur ab eo tempore, qui meus esse desiissem, converso ad te, fratrisque filios animo, ita tibi, et illis, totis viribus inservire, ut, quod ipsi temporis mihi superesse patiebantur, id totum in obsequii animique mei erga te significationem conferrem. Hinc ille Eusebianæ historiæ, et aliorum, quæ ipsi annectuntur, partus a me apud eos superioribus annis editus, non alium, quam te, dominum agnovit, cum primum in lucem prodiiit, tuumque se vernam existere bona fide professus est. Ecce vero Eusebium sequitur et verna alter etiam Procopius, eodem quidem loco a me nuper genitus, sed media ex Italia ad te dimissus, cum me parentem quidem suum, sed dominum minime agnosceret. Dicam vero, si pateris, ingenue de ipso quiddam etiam aliud, subolfecisse me (si quid parentes valent ad liberorum suorum animum explorandum) eo ad te discedere libentius, quod nullum esse in Gallia superstitem audiverit, quem ex animo diligeret magis ingens ille Carolus, felicissimæ memoriæ princeps et cardinalis Lotharingus, et a quo ipse vicissim magis, quam a te, diligeretur. Quod si eam mihi pietatem permittis, quæ patriæ suæ Heroas colere unicuique concedit, agnoscis etiam et in parente ipso idem, quod filii, ingenium: quo nomine utrumque tibi churiorum fore confido, cum eos tanti viri memoriam tecum venerari animadvertes. Accipe igitur, obsecro, Joannes illustrissime, accipe, inquam, et vernam istum alterum Procopium tuum, longo et difficili itinere ad te anhelantem, ipsumque adversus eos, quibus est obtrectare, quam meliora præstare proclivius, tandiu saltem tuere, donec, absoluta nostra peregrinatione, non solum ejus patrocinium suscipiant isti fratris tui filii omni litterarum genere instructissimi, sed multa etiam alia ex præclara illa librorum, præcipue Græcorum, supellectili, quam hic undique cumularunt, in Ecclesiæ, et litterarum, gentisque vestræ, ac nominis ornametum depromant. Vale. Bononiæ, Id. Octobris. M. D. LXXIX.

JOAN. CURTERIUS.

PRÆFATIO

AD CLARISSIMUM JUVENEM FRANCISCUM RUPIFUCALDIUM,

RANDANUM, TRENORCHII ABBATEM.

Monet Græcus antiquitatum Romanarum scriptor egregius, Franciscæ clarissime, eos, qui ingenii sui monumenta, quæ cum corporibus interitura non sint, posteris velint relinquere; primum id curare debere, ut honestum et magnificum scribendi argumentum deligant, quodque lectoribus utilitatem afferat: deinde ut nullam non diligentiam et curam in comparandis rebus adhibeant, quæ ad suscepti operis confectionem conferant. Non enim sibi cæterisque bene consulere, qui in turpi aut humili versantur argumento; et qui magna scribere aggressi, non satis ad ea instructi accedunt: cum illi quidem perpetuam famæ, nominisque jacturam faciant: isti autem laborum gloriam nullam consequantur. Quamvis autem divinarum rerum præstantia, et dignitas, eum in argumenti delectu de priorum jactura securum esse jubeat, qui illis operam navare studeat; nec quemquam deceat, qui serio Christianus esse velit, eam, quam ille intelligit gloriam venari: non possum tamen non ingenue confiteri, adeo mihi istam profani hominis placuisse sententiam; ut eam semper, tanquam scriberdi principium, et fontem, in animo volverem; quantumque Christiani hominis est, mihi proponerem; non de laude quidem paranda, sed de culpa solum vitanda, fugiendoque otio, in hoc vitæ professionisque meæ genere, sollicitus. Cum igitur annis abhinc fere tredecim, uno tantum scilicet, antequam ad tua fratrumque regenda studia accederem, vergente jam mihi ad theologiam animo, commentarios istos nactus essem; lectisque pagellis aliquot, non contemnendos esse arbitratus, cœpisssem egomet de illis Latine vertendis cogitare: non prius ea de re quidquam statuendum esse duxi, quam illos, et meipsum ad superiorem Halicarnassei normam revocassem. Etsi enim me de illorum bonitate vix paterentur ambigere, quæ ejusdem auctoris in octo priores Bibliorum libros antea prodierant, ipsaque adeo veneranda scriptorum veterum, præsertim ecclesiasticorum, antiquitas, quos renovare potius et illustrare, quam nova cudere semper visum est satius; ipsum denique explicati libri argumentum: summorum tamen ætatis nostræ Theologorum, et aliorum etiam, judicium esse adhibendum putavi. In his primi fuerunt magna illa duo Ecclesiæ gallicæ lumina, Claudius Sanctæus, et felicissimæ memoriæ Simon Vigor; ambo postea ad episcopatum evecti; quorum ego indicio cum tuis innotuissem, sum et ipse paulo post ad tui fratrumque educationem per virtutum omnium laude sine controversia cumulatissimam matrem tuam accersitus. Accesserunt et Gilb. Genebrardus idem regius Hebræarum litterarum professor, Græcæque linguæ callentissimus; et Natalis Rondæus, earumdem peritissimus, et probissimus, cujus ego præsertim industria familiaris usus sum; et F. Franciscus Feu-ardentius; nonnullique alii, non illi quidem Theologica professionis titulo celebres, sed ejus Græcarumque et Latinarum litterarum cognitione, et professione, sane illustres: quibuscum non Græcum modo exemplar, sed versionis etiam meæ inchoatam, et adumbratam quamdam particulam inspiciendam, examinandamque dedissem: non solum illi Procopium, propter antiquitatem, et eruditionem, maximam esse Ecclesiæ utilitatem allaturum responderunt, sed ad ejus maturandam editionem me quoque hortati sunt. Ab eo tempore cœpi egomet omnia meditari, et facere, quæ ad eam videbantur conducere. Et prodiisset sane celerius, nisi in jaciendis in te fratribusque tuis linguarum fundamentis occupatus, eo usque ab illo abstinuissem, donec, fratribus duobus in Italiam profectis, tu philosophiam ingressus cœpisses natate (quod aiunt) sine cortice, mihi que ad privata ista studia aliquid otii majoris relinquere. Hujus vero auctoris cum unicuique ego exemplar tantum multisque in locis mutilum, et depravatum, haberem; primus labor in eo restituendo, corrigendoque, ponendus videbatur. Qua in re tamen quamvis plurimum a me, partim litteris ad amicos, nonnullosque alios, a quibus juvari me posse sperabam; partim etiam precibus apud eos, quibuscum versabar, sudatum sit; tantum tamen efficere non potui, ut ejus vulneribus aliter, quam de ingenioli mei viribus, et conjecturis, mederer. Commodissime tamen accidit, ut, posteaquam institutum meum Renato Marchalo, alias Bois-moræo, viro ut nobili, ita omni disciplinarum, linguarumque genere instructissimo, tuique, et fratrum amantissimo; vestræ præterea in studiis litterarum industriæ, et opellæ meæ testi oculatissimo, aperuissem: e bibliotheca sua locupletissima, miræ mihi antiquitatis exemplar prophetarum omnium depromperit; ex quo non solum Isaia verba Græca, quæ in Procopii explanationibus desiderabantur, cum prophetarum omnium vitis, eidem adjungerem: sed nonnulla etiam ex annotationibus, quas ad marginem ab iisdem fontibus habebat, e quibus noster hauserat Procopius, corrigerem. Quibus rebus quonia effectum est, ut duplex esset quodam pacto hujus operis editio; Procopii scilicet, et Isaia: est omnino sane necessarium de utroque tecum in primis (cujus ego utilitate nihil habeo antiquius); postea vero cum cæteris lectoribus mihi nonnulla præfari.

Dicam igitur primum de Procopio; unde ad me pervenerit ejus exemplar: a quibus quæ scripsit, hauserit: quid de ejus explicandi scribendique ratione sentiendum: idemne sit, qui in octo priores Bibliorum libros scripserit: quibus deinde temporibus, et quid scripserit: postremo quæ mea sit ejus interpretandi; quæ notarum ad ejus Græcæ litteræ marginem; quæ correctionum ratio. Dicam deinde et de sacrorum Bibliorum interpretationibus antiquis omnibus: de Hexaplis Origenis: de notis ejusdem: de illis quæ sunt in nostra Isaia Græca editione: deque veteris exemplaris, unde sumptus est, fide: de vitis denique prophetarum ab Eusebio Pamphili descriptis (1). Atque ut a primo jam ordiar; fateor ingenue, et candide Procopii exemplar ante annos quatuordecim tantum Venetiis, mandato Joannis Pici, classium inquisitoriarum in senatu Parisiensi præsidis; opera vero, et impensis Bernardi Turrissani Veneti, librariam tum Lutetiæ facientis; ab eo, quod in sancti Marci bibliotheca asservatur, ea spe excerptum fuisse, ut a pio et docto præside Latine redditum, in lucem postea (sicut et Theodoretii quæstiones, multaque alia) ederetur. Sed cum eo morte intercepto, priusquam Lutetiam Procopius appulisset, ad hæredes ejus se frustra sæpe, ut factas eo nomine impensas ab illis recuperaret, Turrissanus contulisset: eaque de re me audiente, conquestus esset: mihi statim (qui magnas eorum opes esse non ignorabam) præclara illa Theocriti, tibi non ignota, in mentem redierunt;

Δαιμόνιοι. Τί δὲ κέρδος ὁ μωρὸς ἔνδοθι χρυσός;
Οὐχ ὡδε πλοῦτου φρονέουσιν ἄνασις.

et male me rursus de litteris meritum arbitratus sum, si ἔρματον istud mihi non sine numine oblatum ipse negligerem. Sanctas igitur musas istas apertis portis, ut est apud eundem poetam, domo mea excepi libentissime; et comparato Procopio, quantum mihi otii tua fratrumque studia superesse permittebant, tantum certe in illius editione maturanda contuli. Neque enim dubitabam, cum fontes ipsos, e quibus ista hausissem, agnoscerem, Ecclesiæ ipsum fore utilem. Quis enim vel Origenis Tomos, vel Eusebii Cæsariensis, vel Chrysostomi, vel Basilii etiam integras in principem prophetam lucubrations, de quibus vel pauca tantum, vel nulla omnino jam supersunt, avidissime ac utilissime si haberet, non legeret? At habes istorum omnium (quamvis nullum omnino toto libro nominet) in uno Procopio epitomen fide et industria collectam, et elaboratam; ut in quibus omnes conveniant, ea semel tantum dicat: in quibus autem dissentiant, singillatim et breviter; cupiens nimirum explicationes omnes in perfecti corporis formam contrahere; ex quo, ceu fonte unico, liceat omnibus, quid omnes sentiant, haurire: nonnullis etiam de suo, perspicuitatis gratia, (ut præfatione in Genesim declarat) adhibitis. Habes vero et veterum interpretationum, cum ea, qua utitur, collationes multas nequaquam aspernandas; quæ non solum auctoris antiquitatem indicent, cum jamdiu puræ desiderentur, ut postea probabimus; sed utilitatem etiam et fidem commendent; cum singulas eo ipso legisse videtur, quod ex illis sensus idoneos elicere conetur. Sed venatur etiam, dicet aliquis, allegorias, et sensus eos, qui videntur a prophetæ verbis vel remoti, vel ita sæpe frigidi, ut cum in aliam linguam transtuleris, nihil certe, vel parum omnino, dixeris. Verum, si est hoc nomine rejiciendus Procopius (neque enim id ei aliquando contingere negare possumus), rejiciendi et ipsi certe sunt Græci patres, non solum a quibus ista deprompsit, sed et reliqui fere omnes, cum hanc eos explicationis viam, in Vetus Testamentum præcipue, secutos esse manifestum sit. Nunquid porro unius tantum Scripturæ sensus est? Nonne potest etiam ad varios, et mysticos intellectus, magno legentium fructu, revocari? Imo non parum a Judæis abesse mihi videntur, qui litteram mordicus tuentur. Quod si usquam est ab ea, ad sensus reconditos, divertendum; neminem tam iniquum fore arbitror, qui id, in prophetis præcipue, non permittat. Adde etiam, quod non Græci patris culpa accidit, si quid Græce dixit eleganter, quod tam commode verti Latine non possit; sed sermonis nostri penuria. Æquumque præterea fuisset, Græcos patres alienis potius, quam suis inservire? Nunquid denique justum cœnam opiparam a paucioribus convivis ideo condemnari, quod inter multas et optimas undique conquisitas dapes, nonnullas etiam vel minus bonas habeat; vel a quibus istorum stomachus abhorreat? Itaque vel hoc saltem nomine non culpa tantum vacabit noster Procopius, sed laudem etiam merebitur, magnoque in pretio fuerit, quod priorum patrum scripta (quæ fortasse fuerant in hoc genere prolixiora) in epitomen contrahens, ut minore cum fastidio legerentur, effecerit: non aliter quam qui monstrato ad urbem aliquam viæ compendio, longioris molestiam nobis abstulerit. Existunt deinde et alia tam multa adversus omnium temporum hæreses, hereticorumque mores, de veteris Ecclesiæ ritibus; de magnis, et abstrusis in theologia quæstionibus, ita breviter et acute dicta: ut parum ille sapiat, qui eum non appetat; vel arrogans sit contemptor antiquitatis, qui fastidiat. Est vero stylus ipse, meo quidem iudicio, ita purus, ut Sophistam agnoscas; itaque elegans, ut commentatorem decuit: non tamen ubique sui similis; sed eos, si diligenter advertas, referens, a quibus ea deprompsit, quæ collegit. Nec dubium est præterea, quin attentum lectorem desideret; cum argumenti difficultate, et ipso etiam brevitatis studio, multis in locis obscurior evaserit. Accedunt præterea et crebræ transitiones, non solum a personis ad personas, sed a numeris etiam ad numeros; ad prophetarum, credo, imitationem, quibus est hoc familiare, de industria factas: quas omnino evitare certe nec potuimus, nec fortasse debuimus. Jam vero, ut quo tempore vixerit inveniamus; statuendum primum

(1) Hæc De vitis prophetarum fragmenta prætermisimus, quia exstant inter Opera Eusebii ed.

nov. t. IV, hujus Patrologiæ t. XXII, col. 1261
Edit

est, aliusne hic ab illo existat, qui ea in octo priores Bibliorum libros, quæ publice leguntur, edidit. Hoc enim semel excusso, non difficile fuerit, quo sæculo vixerit, demonstrare. At eundem esse profecto iudicant ipsa partim utriusque Græci libri (habes enim et Græcum in Genesim exemplar manu scriptum, ex cuius inspectione ita se habere cognoscitur, in præclara illa librorum suppellectili, quam hic comparasti) inscriptio; in qua idem reperitur auctoris et Sophistæ nomen, eademque Christianæ religionis professio; in Latino autem edito urbs ipsa, unde est: partim ipsa etiam in utroque eadem plane commentandi ratio; quam cum sibi præfatione in Genesim proposuisset; in Isaiam etiam sequendam arbitratus est. Sed omnium maxime fidem facit, et eundem esse procul dubio confirmat; quod hic, eorum, quæ in Mosis carmen dixerat meminit: quæ ibidem etiam reperiuntur. Quod si ejusdem auctoris utraque constat existere, non est jam difficile de ejus sæculo certam et indubitam conjecturam asserre. Nam cum scribat in Genesim suo sæculo universa idola excisa fuisse, non est dubium quin, si quo id contigit, demonstrarim, quo vixerit etiam docuerim. Quod si dicat aliquis Constantini edicto dejecta fuisse et disturbata non solum idola, sed idolorum etiam templa: non tamen efficiet ut ea ætate vixerit Procopius, cum ne ipsi quidem (Chrysostomum dico, Basilium, et Cyrillum) unde multa ille deprompsit, scripsissent adhuc. Invenienda igitur alia etiam eorum dejectio nobis est. Nec potest sane alia reperiri, quam quæ per Theodosium facta est; qui quod opus alicubi a Constantino inceptum magis et inchoatum, quam perfectum fuerat, per orbem universum absolvi curavit. Constat enim ex Nicephoro (1'), Gazam ipsam, unde Gazæus noster Procopius appellatur, vicinarumque regionum civitates ad Theodosii usque tempora (cum ad illa usque loca Constantini edictum viressuas nondum exseruisset) idolorum cultum pertinaciter retinuisse; qui postea, jubente Theodosio, cum idolis et templis omnino ubique sublatus est. Cujus ego sententiæ, præter ecclesiasticas omnes historias, cum auctorem Eunapium, Christianorum hostem acerrimum, habeam, qui in Ædesio utriusque idolorum dejectionis meminit; non video jam, cui dubium esse possit, quin Theodosii primi sæculum attigerit Procopius; imo et prius etiam aliquanto cœperit; cum hic se multos alacriter martyria subeuntes vidisse testetur; quæ in Juliano cessasse reperiuntur: a cujus imperio, ad idolorum alteram usque dejectionem, hujus auctoris sæculum produci queat. Sed dicet aliquis forsitan, Hesygium, quem Procopio juniorem esse non dubito, in Catalogo τῶν ἐν παιδείᾳ ὀνομαστῶν, illius mentionem nullam fecisse. Quasi vero ab hoste Christiani nominis id esset expectandum. Hoc enim argumento, dicit Suidas, idolorum superstitionem seculum esse probatur; quod virorum ecclesiasticorum non meminit. Quod si quibusdam minus ista mea placet conjectura; dabunt illi forsitan eo mihi veniam facilius, quod nihil omnino Procopium de se suaque ætate, præter ea, quæ dixi, locutum fuisse constat; nec me hic scriptoris ullius, imo nec doctorum hujus etiam temporis virorum sententiis potuisse adjuvari: sed mirum me apud omnes silentium reperisse. Præter id autem, quod in octo priores Bibliorum libros latine dudum editum est; istaque etiam, quæ Græce et Latine nunc primum prodeunt; scripsit et in Proverbia, et in Cantica canticorum; quæ tibi cum nuper Venetiis ostensa sunt, nudas patrum sententiæ colligere tantum; ut primum fecerat in Genesim; non autem in perfecti corporis formam contrahere, ut in eandem postea, ipsumque Isaiam, ex aliquot paginarum lectioneprehendi. Dicam etiam in Gallia, in Regiæ matris bibliotheca, reperiri προσημνάσματα rhetorices hujus nomine inscripta. Testes sunt fidelissimi, doctissimus simul et probissimus Jacobus Billius, et hujus ætatis jurisconsultorum jurisconsultissimus Cujacius; quibuscum, superioribus annis, cum essem in illam admissus, in eaque incidissem, de hoc annotando sum a Cujacio admonitus. Et sane hujus esse Procopii eo facilius crediderim, quod quæcunque illius nomine edita sunt, eum sophistam constanter appellent. De mea vero ejus interpretatione, atque editione, si quid expectas, dicam primum ea me ex professo vocabula, quæ essent Ecclesiæ et patribus usitata; ipsamque adeo vulgatam Bibliorum editionem; quantum meus auctor ferre potuit, retinuisse: studuisse deinde, (non verba verbis reddendo tamen, nisi cum Latini sermonis ratio postulabat) ut Græcæ orationis brevitate imitarer; ne paraphrasim potius, quam versionem, dedisse viderer. Deinde etiam, ut, quoniam Græca simul et Latina edere statueram, utraque inter se, quam maxime possem, similia facerem. Quod ego si non sum assecutus, effeci tamen οὐκ ἀμογητὴ μὲν, καὶ δὴ καὶ ἀδαπανητὴ, quod pro ingenii, otiique mei ratione potui; et illud etiam, ut hic auctor, cum Origenianis veterum interpretationum differentiis, et notis ad Isaiæ litteram additis, publice nunquam antea, nec Græce, nec Latine lectus, aut editus, inter tot Græcorum Patrum commentationes in Vetus Testamentum, in lucem prodiret: cujus eo forsitan major utilitas et delectatio futura est: quod principatum Isaias, inter prophetas omnes, facile obtineat; tamque aperte de Christi regno disserat, ut Hieronymo evangelista magis quam propheta videatur. Nec male sane, meo iudicio, fecerit; qui eum etiam Veteris Testamenti Paulum alterum nominavit; cum in utroque eadem fore sit dicendi libertas et facultas.

Ego vero dignum credidi, qui Græcæ editionis, Græcum etiam haberet enarratorem; eum præcipue, qui omnium instar, quotquot in eundem ante se scripserunt, de quibus jam vel pauca, vel nulla omnino supersunt, esse posset. Erit igitur noster hic in Isaiam Procopius, quod in Paulum vel Chrysostomus, vel Oecumenius; ambo dudum Græce Veronæ editi. Usus sum porro exemplari unico, eoque multis in locis mutilo, et corrupto; quod quidem non fuit semper deprehendere facile: supplere au-

(1') Lib. XII, capp. 25-27.

tem omnino, et restituere impossibile. In brevioribus lacunis, nonnullisque locis aliis implendis, et emendandis, conatus sum ipse aliquid efficere : quod ad marginem tantum (2) sine ullis rationibus (æ libri magnitudinem auferent) annotavi, nihil immutare ausus; ut conjecturas meas doctis et probis examinandas judicandasque relinquerem. Tantum ipsa Isaïæ verba, quæ explicanda sumpsisset Procopius, Græcæ, Latineque, alio caractere excudenda curavi : ut ita distincta suam non solum majestatem retinerent, sed oculis etiam utraque statim subjecta, sensum ipsum facilius et promptius indicarent. Sed non possum non dolere, meam istius instituti rationem, totamque adeo editionem, tam multis operarum erratis (in versione præsertim) esse labefactatam, ut in repurgando isto Augiæ stabulo novo Hercule mihi opus sit. Accedit etiam, ut ingenue fatear, quod nonnulla relegenti mihi occurrerunt, quæ si typis præesse licuisset, procul dubio immutasset. Utrique malo, quantum ita longe absens potui, sine autographo meo tamen, mederi studui, notatis gravioribus, et ad libri calcem adjectis : partim quidem, ut legentibus ipse succurrerem; partim etiam, ut culpæ istius veniam deprecarer. Quod si plura etiam notari debuissent quis existimet, cum locis infinitis perturbata sit distinctionum, punctorum accentuumque et litterarum ratio : respondeo, id primum tam leve esse, ut quamvis lectori molestum sit, morari tamen eum non possit. Deinde, quia vix unquam accidit, ut eodem loco Græca simul et Latina corrupta sint; eorum illa inter se collatione, brevi et facili negotio posse deprehendi, et corrigi. Sed jam tempus est, ut ad alteram hujusce præfationis partem accedamus : quam placet a Bibliorum Græcis interpretationibus exordiri, et dicere, tam multa apud veteres Græcos poetas, et philosophos reperiri, quæ procul dubio de Mosaicis libris, ipsoque adeo Salomone, hausta sunt; ut dubitari omnino non possit, non de illis eos audisse tantum, sed Hebræorum scripta longe ante Ptolomæorum, Alexandrique, et Persarum tempora, sua lingua habuisse. Neque certe de hoc amplius dubitabit, qui Clementem (3), qui Eusebium (4), ejus assertores noverit. Quo primum posito, sequitur ut de interpretibus lxx disseramus : quos etsi lxxij existitisse certum sit, illo tamen numero frequentius, quam isto, significatos esse reperimus. Constat igitur inter omnes, quotquot ea de re scripserunt, Ptolomæum Philadelphum, Ægypti regem, Demetrii Phaleræi hortatu, missa ad Eleazarum Judæorum pontificem legatione, ab eodem non sacrorum tantum Librorum exscriptionem, sed eorum Græcam etiam interpretationem, quæ Alexandriæ per duos et septuaginta viros Hebraice Græcæque peritissimos, æquo de singulis duodecim tribubus numero, facta est, impetrasse. Sed quomodo id gestum sit; quorumque librorum facta interpretatio, tantum abest, ut inter eos conveniat, ut nonnulli etiam secum de altero si non dissentire, ambigua saltem dicere videantur. Neque enim putat verum esse Hieronymus (5) quod de cellulis in Pharo Ptolomæi jussu constructis, tradiderunt Justinus (6) martyr, et Epiphanius (7), aliique nonnulli. In eo præterea Justinus et Epiphanius inter se dissentiunt, quod ille singulis interpretibus singulas tribuit cellulas; binis autem iste unicam tantum. Et sane in Hieronymi sententiam descenderim facile, qui se Aristææ historia, quam de hoc ad Eleazarum pro Philadelpho legatione functus scripsit (in qua de cellulis nulla mentio habetur, sicut neque apud Josephum), ita tuetur; ut fabulam non dubitet appellare. Putant deinde nonnulli quod Justinus martyr demonstratis sibi ædicularum reliquiis scribit, famam quidem eam apud Alexandrinos fuisse; sed a Judæorum commentis, in quibus miri sunt, ortum habuisse; eoque tandem facilius nostrorum animis incedisse, quod ad Scripturarum sanctarum auctoritatem commendationemque facere videretur. Quacunquæ tamen id factum sit ratione, in hoc omnes conveniunt, quod istorum interpretationem ita probent et admirentur, ut Ἑλληνικὴν προφητείαν appellare nostri non dubitent : externi vero (Tertulliano (8) istud de Menedemo philosopho referente), senes eos, a quibus confecta est, de sententiæ communionem suspiciant. Sed quoniam libros interpretati sint, non minus et illi etiam dissentiunt. Non enim jam obscure hic Josephus, et Aristæus, totaque Judæorum schola, legem tantum (id est, solos Mosis libros) convertisse affirmant : eamque opinionem quamvis amplecti videatur Hieronymus; incertam tamen et dubiam relinquit. Mihi certe magis placet eorum sententia, qui libros omnes Hebræorum translatos esse existimant : quorum in primis fuerint Irenæus, et Justinus qui disputatione cum Tryphone, virorum lxx interpretatione Isaïæ adversus eum utitur; quod multos etiam alios, in aliis Bibliorum libris fecisse manifestum est. Sequitur et Clemens (9) ille Στρωματεύς, qui cum τὰς τε τοῦ νόμου Γραφὰς, καὶ τὰς προφητικάς esse interpretatos dicit, omnes aperte significat.

Accedet et Eusebius (10), qui, ex Aristobuli sententia, totam Scripturam Philadelphii jussu, ante eum autem, imo et ante Alexandrum, Persarumque imperium, quinque libros Mosis in Græcam linguam conversos fuisse scribit. Et ipse denique Epiphanius (11), qui translationis hujus historiam perstringens, Hebræorum libros omnes nominatim recenset. Non est præterea credibile legem tantum ab Eleazaro petivisse Ptolomæum, neglectis historicis, prophetisque scriptis, quæ res maxime admirabiles complectuntur; de quibus fama tantum rex ipse audiverat, nihil legerat. Neque facile mihi persuaserim, Demetrium,

(2) Ex eis quædam uncis inclusa in textu inseruimus. EDIT.

(3) Clem. Alex. Strom. 1.

(4) Euseb. Præpar. 9, c. 3.

(5) Hieronym. in præmio trad. hebr. in Genes., in Ezech. c. 5, in Mich.

(6) Just. orat. ad Gentes.

(7) Epiph. de pond. et mens.

(8) Tert. advers. Gentes.

(9) Strom. 1.

(10) 13 præp. c. 7 et 9 cap 3.

(11) Lib. de pond. et mens.

qui omni genere librorum Regis bibliothecam instruebat, Mosis libris, qui in Græcia jam, et Alexandriae forsitan habebantur, contentum fuisse. Præterea fieri omnino non posset, ut in patrum Græcorum scriptis tam sæpe citarentur de quibus agitur interpretes, in cæteris præter Pentateuchum libris; nisi et ipsos iidem essent interpretati. Adjicio denique Renati Marchali venerandæ antiquitatis, eorum omnium sententia, qui illud viderunt, probatum et commendatum exemplar; in quo prophetæ omnes, cum viris Septuaginta, reliquisque interpretibus collati, adjectis ad marginem interpretationum differentiis continentur. Quod si quis objiciat me hic Aristæi Josephique sententiam rejicere, quos superius in disputatione de cellulis amplexus sum: possum fortassis et ipsos etiam in odica interpretatione ad opinionis meæ confirmationem adducere; si dicam, ita legis nomine, propter Mosis celebritatem, sacros omnes Judæorum libros hic posse intelligi; ut in lege etiam Judæorum apud Joannem scriptum id esse dicitur, quod in Davidis versibus reperitur. Atque hæc quidem de LXX interpretibus: quos secutus Aquila quidam Sinopita Ponticus, Christumque professus, cum postea ad Judæos defecisset, ipsaque vix Hebræorum elementa didicisset, in Christianorum odium novam et ipse, Adriano imperante, sacrorum Bibliorum interpretationem molitus est. Cujus etiam studium non ita diu post imitatus est et Symmachus, genere quidem Samaritanus, sed Ebionitarum sectæ addictus; ut LXX virorum interpretationi, qua tunc usos fuisse Samaritanos arbitramur, quantum posset, detraheret. Idem rursus tentavit et Theodotus ponticus, protracta jam ætate, postquam Marcionis hæresis diu inquinatus, ab ea se ad Judaismum recepisset. Etsi enim parum esset in Hebræorum litteris versatus; tamen, ut Marcionitarum libros falsi argueret, ea omnia, quæ pro illis fecerant, apud interpretes LXX ita immutavit, ut novam dedisse interpretationem videatur. Non ita diu postea, sub Caracalla, inventæ sunt et tot aliæ, non auctorum quidem suorum nominibus significatæ; sed ita numero ipso distinctæ, ut præter eam, quæ in Græcia, ante Alexandri tempora, fuisse dicitur, septenarium omnes complere numerum reperiantur. De quibus quia singillatim nonnulla diximus; superest jam, ut pauca de iisdem colligamus, et dicamus uno verbo; ex tam multis interpretationum generibus natam videri sacrorum codicum corruptelam illam, quæ progressu temporis ad Luciani usque martyris, Hesychiique, et Origenis tempora duravit; cum illa ætate, sicut et ista, quidvis sibi Græcæ superstitionis assertores, Judæique et hæretici, assidua aliorum in alia commutatione, permisissent: permulta etiam tempus ipsum depravasset, sicuti apud Suidam (12) legimus. Cui morbo mederi cum eadem fere ætate, diversis tamen in locis, studerent superius a me tres nominati; id eo certe melius et facilius efficere potuerunt, quod essent omnes Hebræorum litteris instructi. Neque tamen idem fuisse videtur illorum institutum; eademque corrigendi ratio. Id enim tantum Lucianus et Hesychius conati videntur, ut collatum cum Hebræo LXX virorum editionem iis tantum repurgarent, quæ in eam profanorum hominum hæreticorumque, et aliorum etiam, temeritate, vetustate denique, et librariorum ignavia, irreperant. At Origenes excogitatis tum primum Tetraplis, Hexaplis, Heptaplis, et Octaplis, ita inter se interpretationes omnes composuerat, ut per quatuor, per sex, per septem, perque octo spatia, veluti columnas, distinctæ in unum ita aspectum caderent, ut Hebræis primas et secundas; (expresserat enim et Hebræa suis Græcisque characteribus) interpretibus LXX, tertias; reliquis autem eundem, quo eas recensuimus, ordinem concederet. Quod certe non nisi magno labore, magnisque sumptibus, efficere poterat. Id autem eo fine procurarat, ut Hebræorum fontibus indicatis, quid ab illis differrent interpretes LXX; quid istos rursus cæteri juvarent, omnes facilius invenirent. Sed cum non possent libri isti, partim quidem describendi difficultate, partim mole sua, et magnitudine, partim etiam impensarum gravitate, nisi a paucissimis haberi: aliam et ipse virorum Septuaginta editionem meditatus erat; quæ sola, notis quibusdam adhibitis, quid esset in Hebræo, quid non; quid eidem ex reliquis interpretationibus additum, quid detractum, demonstraret. Neque vero est, quod tantorum virorum opera, incorrupta diu mansisse sacra volumina; aut ubique etiam receptas illorum fuisse editiones existimes. Nam præterquam quod (auctore Hieronymo) Ægyptus et Alexandria, Hesychii; quæ autem inter utramque erant Ecclesiæ Origenis isto codice utebantur; Luciani vero, quæ ab Antiochia fortasse, ubi operam istam navasse putatur, ad Constantinopolim usque fuerant: ex tribus illis rursus codicibus tanta mihi postea interpretationis virorum Septuaginta nata videtur corruptio, et diversitas; cum statim non solum ab ineptis librariis aut non fideliter additæ sunt Origenis notæ, aut etiam neglectæ: sed ab aliis etiam interpretationes ipsæ aliæ in alias, damnosius quam antea, ita commutatæ et confusæ: ut inde mihi scripsisse videatur Hieronymus, sua jam memoria, in omnibus Ecclesiarum bibliothecis vix unum atque alterum inveniri potuisse exemplar, in quo mera esset Septuaginta virorum interpretatio, totque Scripturarum fuisse exemplaria, quod essent codices.

Quibus rationibus mihi ipse persuadeo;

εἰ μὴ τὴν γνῶμην ἑξαπατῶσι θεοί

(ut inquit Theognis) præstantissimam illam LXX virorum Ἑλληνικὴν προφητείαν nusquam jam exstare veram et integram: sed omnes Græcas editiones, sive quæ typis jam mandatæ sunt; sive quæ in bibliothecis adhuc latent, mistas esse; forsitan alias aliis minus. Quod si quæ in Vaticana Romæ est, ut audio, Septuaginta virorum est; quod non facile crediderim: non potuit certe nisi magna sacrorum

(12) In vocab. Λουκιανός.

studiorum injuria tandiu occultari. Ad singularum vero interpretationum agnitionem, si quando aliqua reperiantur (quod non possum sperare tamen) cum multum conferant Origenis notæ: de illis etiam omnino necesse est me hic aliquid perstringere; et eo etiam libentius, quod ad illarum explanationem, quibus utitur vetus Isaiaë Renati Marchali exemplar, quod hic expressimus, maxime conferant. Docet igitur Epiphanius, nonnullique alii, Origenianæ editionis notas fuisse quatuor, obelum, asteriscum, limniscum, et hypolimniscum. Primum quidem verum esse, sive lineam, supra dictionis initium, vel orationis, ab interpretibus Septuaginta, præter Hebræi codicis auctoritatem, adjectæ, quæ jugulanda esset. Alterum autem, id est asteriscum ✱, radiantis stellæ formam, ubi aliquid ex Hebræis haustum fontibus addidisset, quod esset a viris Septuaginta prætermissum. Limniscum [?] deinde, virgulam obelisco quidem similem, sed quæ inter duo puncta jaceret: quo diversorum interpretum varietas in verbis, sed sensus idem, significaretur. Hypolimniscum [X] verò, lineam cum subjecto puncto; ut ea, quibus incumbit, diversis verbis et sententiis a pluribus explicari demonstraret. Quod si jam quæras quo pacto Origenianæ istæ notæ cum illis convenient, quibus in nostra Isaiaë editione uti sumus, possum ego in formis ipsis, et numero, aliquam esse discrepantiam respondere; in re autem, quam significare debent, vel nullam, vel minimam. Primum enim hic obelum omnino non agnosco: neque etiam, judicio meo, necessarius fuit; cum procul dubio non sit hæc Septuaginta virorum interpretatio; sed mista quædam alia, et iis etiam aucta de fontibus Hebraicis, quæ certo consilio fuerant a LXX viris prætermissa, et ab Origene obelo notata. Video præterea et alia hic limniscum, et hypolimniscum forma depingi, quam sint ab Origene (si Epiphanius credimus) delineati. Sed id ex professo magis, quam errore factum esse arbitror, cum sint ubique toto isto libro sui similes. Cum enim in forma qui descripsit, parum esse videret, aut nihil omnino periculi; elegantior sibi fore visus est, si hic utriusque extrema leviter in utramque partem flecteret. Sed sane reprehensione non caret, quod hypolimnisco punctum suum non subjectis, quamquam ubi forsitan eo fecit, quod obelum rejiceret; qui solus pro hypolimnisco cum errore sumi poterat: cujus hic jam periculum sublatum erat. In rebus autem, quas significant; si quid ego sum post longam meditationem assecutus, possum et hoc asserere ubicunque asteriscum [✱] reperias, aliquid vel ex Hebræo, vel ex aliorum interpretationibus esse adjectum, significari: ubi autem limniscum [?], notari varias aliorum interpretationes verbis quidem ipsis discrepantes, sed reipsa similes: ubi denique hypolimniscum [X], et verbis et sensu inter se differentes. Atque hæc quidem sunt Origenianæ notæ, earumque cum nostris, id est codicis nostri collatio, et significatio.

Sequuntur jam aliæ hujusce nostri exemplaris propriæ. Ubicunque enim ad dextrum marginem ob reperies, nihil aliud certe, quam LXX interpretes significare velle putandum est: ubi Σ, Symmachum, ubi Θ, Theodotionem: ubi Α, Aquilam: ubi denique ο Γ, tres nomine carentes interpretationes: quarum omnium mira est, cum iis, quæ a Procopio inter explicandum sæpe afferuntur, et cum Hieronymo etiam, consensio. Sunt porro et aliæ duæ, Π scilicet et Ϙ, quæ paucis in locis adhibentur, et iis arbitror Pamphilium, Origenemque significari; quorum labore et industria fuit emendatus codex, a quo ille desumptus est, unde Græca ista Isaiaë verba, variarumque interpretationum notas hausimus. Cujus rei fides ut penes eos esset etiam, qui venerandum adeo exemplar non sunt intui: ejus etiam, a quo desumptum esset, testimonium exstare volumus, quod in eo ante Isaiam, et Ezechielem legimus. Reperies et hic etiam Origenis tomos, quotquot erant adhuc Eusebii ætate superstites (15), ad marginem notatos; ne frustra inter varias interpretum notas adjectos putes. De Π Ι Π Ι autem, quod ad sinistram marginem toties expressimus, quoties in Isaia Κύριος nomen occurrit, nihil possum certe dicere aliud, quam nobis tetragrammaton nomen videri; quod, ut ejus a cæteris Deï nominibus aliqua exstaret differentia, litteris forsitan Hebræis ab Origene, vel alio, expressum cum pingere non valent Græci sermonis illius rudes, suis illi, quantum possent, imitari conati sunt, ne quid et illi, quod a tantis viris notatum esset, prætermisissæ viderentur. Quorum ego religionem imitatus, ex magnorum virorum sententia, et ista etiam nota lectorem carere non volui. Adjeci præterea et prophetarum omnium vitas, quas cum nonnullis aliis, Eusebio adscriptas, habebat vetus Marchali codex; partim quidem, ut ex fragmento haberent ecclesiasticorum scriptorum studiosi, unde opus ipsum, ex quo depromptæ sunt, si quando in eorum manus incidat, tanquam ἀναγνώσκει justa probatum, parenti suo, et posteris, restituerent: partim vero, ut quæ tantus auctor de prophetis annotasset, tantisper exstarent, dum in lucem melioribus forsitan auspiciis opus ipsum prodiret integrum.

In Isaiaë vero versione ita me gessi, ut novam ipse non aggrederer, sed Hieronymianam de Septuaginta viris expressam, quantum meus pateretur codex, qui mistam certe Græcam aliam, non hujus, aut illius certam aliquam complectitur, retinerem. Neque enim tam iniquum in me futurum quemquam arbitror, ut Latinam me alteram, quam idem pater ab Hebræis edidit, et qua etiam nunc Ecclesia utitur, sumere debuisse existimet; cui nec Græca Isaiaë verba essent responsura, nec ipsa etiam Procopii explanatio.

Quo loco et ista etiam mea claudi posset oratio, quæ susceptis Patribus defuncta satis fortasse vi-

(15) Euseb. vi, c. 25.

deatur : nisi etiam aliquid de idonea sacrorum Librorum lectione ὡς ἐν προσθήκῃς μέρει attingere, non tua tam ratio, quam hujus me moneret operis argumentum. Atque ut breviter incipiam perstringere : afferam Pythagoreorum non minus elegantem quam veram et utilem de philosophia sententiam; qui eam ζωῆς εἶναι ἀνθρωπίνης καθαροῦ καὶ τελειότητα voluerunt : ut hujus vitæ sordes ils esse purgandas significarent, qui in ejus se disciplinam traderent, qua perfecti Deoque similes efficerentur. Quod si una præstare potest ea, quæ vere philosophia est, et Christiana dicitur; non est certe ullis ad eam, nisi summa cautione, beneque purgatis, quod aiunt, manibus, accedendum. Neque enim quidquam proderit externis disciplinis, (quæ tamen et hic sunt necessariæ; nec in te, quantum ætas tua ferre potest, desiderantur), excultum habere animum, qui ad eam vitiorum sordibus veniat inquinatus : cum perversæ cogitationes, ut est apud Salomonem, separent a Deo, inque animam malevolam non intret sapientia : nec quisquam sciat sensum Domini, nisi ipse dederit sapientiam, et miserit Spiritum suum de altissimis. Est igitur et hic opus animi non solum purgatione, sed divino etiam ad intelligendum auxilio; sicut bonus auctor indicavit ipse Isaias, cum a Deo purgari sibi labia postulavit; et cum scientem litteras ideo librum legere non potuisse, quod esset obsignatus, monuit. Quæ duo quoniam nulla re magis, votis et precibus, a Deo, qui dat omnibus affluenter, possunt impetrari; perge obsecro, Francisce, cum tibi nec ingenium, nec cætera ad istam laudem desint adjumenta; imitare et hic majores tuos, e quibus Phœnix ille Picus (a quo maternum genus tibi est) plura se precibus, quam studiorum assiduitate (qua maxime tamen usus esse narratur; eaque hic etiam opus est) didicisse affirmavit. Recordare vero et patrum tui, viri maximi, ad quem educationis tuæ laus præcipue pertinet, præclaræ de re ista sententiæ; qui sæpe nobiscum de te colloquens, cum theologiæ studia ingredi, atque amplecti vidisset; te per nos, ut divi Bernardi lectionem, qua ipse delectatur, illis sæpe intercalares, ideo moneri voluit; ut, quia vir sanctissimus in suis scriptis θεοδιδάκτος, id est divina potius, quam humana ope eruditus, apparet; neque id ulli sine pura et assidua numinis invocatione contingat; tam pii et eruditi patris familiaritas in similibus studiorum admirationem et amorem animum tuum pertraheret. Præclara certe majorum tuorum, domique nata exempla, et monita; quæ ipse sanctissima et verissima existere sæpe alias ante expertus, in hoc opere certe sensi apertissime. Cum enim Græci hujus mei exemplaris multa essent difficillima, multæque lacunæ, multæ etiam depravatæ lectiones; nec humana ratione iis me possem expedire : poetas in tragœdiis imitatus, ubi ad numinis auxilium, tanquam re desperata, confugissem; sensi ego ipsum mihi velut e machina, quod illi dicunt, persæpe affuisse; eaque me postea afferre, quæ essent θεόπεμπτα magis, quam ex ingenio meo allata, et a me excogitata. Nec dubito sane, quin idem sit sensus animi tui, eademque sæpe expertus sis; qui jam diu studiis gravioribus incumbas; in quibus tantum doctrinæ et eruditionis specimen præbui, ut, quoniam ætatem tuam superaret, ad præclaræ ingenii tui doles, numen etiam accessisse propitium omnes judicarent. Quo fit, ut non ego ista tibi, tanquam illis indigeres, addidisse; quibus magis, quam nos, abundas, existimari velim : sed potius, ut hoc loco, quid ipse de sacrarum Litterarum lectione sentirem, qui te ad obscurissimam illarum partem, prophetas scilicet, deducerem, minime prætermitterem : tibi que adeo et tuis; et mihi etiam, si juste id possum, tantarum in te surgentium virtutum nomine gratularer, quæ te majorum tuorum laudes vel æquaturum, vel etiam superaturum, si pergis, polliceantur. Macte igitur virtute, Francisce, perge, perge, inquam; et cave diligenter ne in hac mundi senecta, ævoque labascente, quo jam vulgo extincta virtus, in præclaris aliquibus ingeniis relucet adhuc, in te autem splendet maxime, ætatis hujus illecebris, quæ bonis omnibus insidiantur, vinci te palmaque ista spoliari patiaris (14).

Bononiæ, Id. Octob. M. D. LXXIX.

(14) Veterum septem interpretationum differentias cum suis notis ab Origene desumptas quas Curterius modo fusius explicavit, in hac nostra

editione omittendas curavimus, quia illas jam edidimus inter Opera Origenis, hujus *Patrologiæ* tom. XVI. EDIT.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΓΑΖΑΙΟΥ

ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ ΤΩΝ ΕΙΣ

ΤΟΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΗΣΑΙΑΝ

ΚΑΤΑΒΕΒΛΗΜΕΝΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ ΕΞΗΓΗΣΕΩΝ.

PROCOPII GAZÆI

SOPHISTÆ CHRISTIANI

IN ISAIAM PROPHETAM

COMMENTATIONUM VARIARUM EPITOME.

JO. CURTERIO INTERPRETE.

Προφήτης ὁ προφάσκων ἢ τὸ μέλλον, ἢ τὰ παρ- **A**
 ὄντα λανθάνοντα, ὡς ὁ Παῦλος φησιν· « Ἐάν δὲ προ-
 φητεύητε, εἰσέλθῃ δὲ τις ἀπίστος, ἢ ἰδιώτης, τὰ
 κρυπτά τῆς καρδίας αὐτοῦ φανερά γίνεται. » Καὶ
 Ἐλισαῖος· « Οὐχὶ ἡ καρδία μου, φησὶν, ἐπορεύετο
 μετὰ σοῦ, ἤνικα ἀνέστρεφεν ὁ ἀνὴρ μετὰ τοῦ ἄρμα-
 τος αὐτοῦ εἰς συνάντησίν σοι; » Ὁρᾷ δὲ ὁ προφήτης
 τὸ ἡγεμονικόν, ὡς ἐν ὄνειροις ὑπάρ τυπούμενος·
 ἢ ὡς ἂν τις ἴδοι γραφὴν ἐπὶ πίνακος ἀγαθῶν, ἢ
 τῶν ἐναντίων πραγμάτων. Οὐ κατὰ ἔκστασιν δια-
 νοίας, ὡς τινες ἔφασαν, τοῦ ἀνθρωπίνου νοῦ καλυ-
 πτομένου παρὰ τοῦ πνεύματος, ὁ δὲ θεὸς ἐπιδημίας
 ἀνάξιον, ἐκφρονα ποιεῖν καὶ μανίας ἐγγυὸς τὸν θεὸν
 αὐτόν. Τελειωτικὸν γὰρ τὸ θεῖον οἷς ἂν ἐγγένηται,
 ἀλλ' οὐ τῶν φυσικῶν ἀποστερητικῶν λογισμῶν. Οὐ-
 δὲ γὰρ εἰκόσ τὸν ὠφελούντα λόγον τοὺς ἄλλους, **B**
 αὐτὸν ἀγνοεῖν, καὶ τῆς ἐκ τῶν λόγων ὠφελείας ἐκ-
 πεπιτωκέναι. Πῶς δὲ τὸ πνεῦμα τῆς σοφίας ἀγνοίαν
 πληροῖ; φῶς γὰρ τύφλωσιν οὐ ποιεῖ· ἐν δὲ δύνα-
 μιν προκαλεῖται τὴν ὀρατικὴν εἰς ἐνέργειαν, ὡς καὶ
 θεοῦ ἂν καθαρὸν εἰς ἐποπτεῖαν πνευματικὴν. Πο-
 νηρᾶς δὲ καὶ μόνης δυνάμεως, ἔκστασιν ἐμποιεῖν ἐπὶ
 τῆ τῶν δεξαμένων ἐπιθουλή. Πῶς δὲ σοφὸς ὢν ὁ
 Ἀπόστολος οὐκ ἔχει παρακολουθεῖν οἷς ἐρεῖ; « Σοφὸς
 γὰρ, φησὶν, νοήσει τὰ ἀπὸ τοῦ ἰδίου στόματος, ἐπὶ
 δὲ χειλέων φέρει ἐπιγνωμὸσύνην. » Πῶς οὖν, « Ἐξέστη
 Ἰσαάκ, φησὶν, ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ; » Καὶ
 ὁ μέγας Δαβὶδ, « Ἐγὼ δὲ εἶπον ἐν τῇ ἐκστάσει

I Propheta est, qui res futuras, aut præsentes
 occultas prædicit, uti Paulus ait : « Si prophetetis,
 intret autem quis infidelis, aut idiota, occulta
 cordis ipsius manifesta fiunt. » Et Elisæus : « Non-
 ne cor meum, inquit, tecum ambulabat, quando
 reversus est vir cum curru suo in occursum tibi ? »
 Videt autem propheta, principe animi parte tam-
 quam per somnium reapse informata, aut tanquam
 qui in tabula rerum bonarum, vel malarum, pic-
 turam intuetur : non vi stupefacta intelligendi, ut
 quidam asserunt ; quasi velo mens humana per
 spiritum obducatur. Quod sane divino accessu in-
 dignum est, Deum ipsum amentem, et furoris
 affinem facere. Solet enim quibus illabitur, natu-
 rales animi sensus non auferre, sed perficere. Ne-
 que profecto consentaneum est rationem, quæ
 prosit aliis, seipsam ignorare, et sermonis utili-
 tate privari. Quomodo vero sapientiæ spiritus igno-
 rationem operetur ? Nequaquam enim cæcitatem
 parit lux, imo cernendi vim ad actum provocat,
 ut Deus etiam mentem sinceram ad rerum spiri-
 tualium contemplationem. Sed solius est malæ
 potestatis, **2** in eorum fraudem a quibus admit-
 titur, menti stuporem inducere. Qui vero sapiens
 Apostolus ea, quæ dicit non intelligat ? Sapiens
 enim, scribit, intelliget quæ loquitur, in aliis
 autem gestat sapientiam **3**. » Quid ergo in filii sui
 ingressu obstupuisse Isaacum legimus **4** ? Et apud

¹ I Cor. xiv, 24, 25. ² IV Reg. v, 26. ³ Prov. xxix. 19. ⁴ Gen. xxvii, 33.

VARIÆ LECTIONES.

• γρ. θεός.

magnum Davidem: « Ego dixi in excessu meo? » A Nimirum consternationem ita vocat. Cujusmodi est illud: « Commotum est cœlum, et terra inhorruit. » Est et prophetia per somnia, quibus Josephus in Ægypto⁷, et Daniel in Babylone⁸, futura prædixerunt. Nec mirum si Pharaos, et Nabuchodonosor visiones viderint. Par fuit enim eos, qui aliis præerant in mundanarum rerum salute futura prospicere, ut populi in eis confiderent. Imo et Balaam⁹, et Caiphas¹⁰, quæ futura essent, præviderunt; ambo quibus præerant habentes; hic quidem tanquam summus pontifex, ille vero tanquam hariolus. Illic itaque dispensatio, non purâ mens elucescit. Solent ergo prophetæ nunc ea quæ vident, aperte ita eloqui, ut nulla posthac opus sit interpretatio. Quale est et illud: « Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum, ait Dominus? Plenus sum¹¹, » et quæ deinceps. Nunc etiam per symbola, ut in somniis Josephi et Pharaonis, cum illic quidem per spicas, quæ sibi, quæ fratribus essent eventura, cernebat, hic autem futura tempora. Cujus generis est et illud: « Vineæ facta est dilectio in cornu, in loco pingui¹², » et quæ deinceps. Quin et Daniel in agrestium animalium formis imperiorum vices vidit¹³. Quædam præterea complexim dicuntur; eorumque alia ad litteram, alia ad sensum referuntur. Sicut enim Salvator ait: « Nonne vos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, et messis venit? »¹⁴ Hæc quidem sunt ad litteram sumenda. At quæ sequuntur, sensum respiciunt: « Elevate oculos vestros et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem¹⁵. » Tale est et apud Isaiam illud: « Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloë, quæ vadunt cum silentio¹⁶, » et quæ postea. In his enim, Siloë, et qui rapidus dicitur fluvius, tropicum habent intellectum. **3** Ad litteram autem sumitur: Populus volens Raasin, qui rex est Damasci, et filium Romeliæ Samaritæ imperantem. Solet enim divina Scriptura quæ ad communem omnium utilitatem data est, rudioribus aut etiam segnioribus facilem sensum protendere: perfectioribus autem et diligentioribus, in quæ mentis aciem exacuunt, abstrusiora largiri. Ad hunc quoque modum quidquid est in hominum vita ordinationis ut plurimum Deus moderatur, et regit. Mentem autem exercet rerum necessariorum penuria, ipsique adeo, quotquot imminet, casus adversi. Eo vero spectat ista Scripturarum difficultas, ut dum illis opera navatur a deterioribus avocemur. Præterea diligimus magis, et in pretio habemus quæ nobis ipsi labore comparavimus. Quin et somnia nobis ideo profert obscura natura, exercente vim intelligendi Deo;

μου; Ἄλλὰ τὴν ἐκπλήξιν οὕτω καλεῖ, ὡς τὸ, « Ἐξέστη ὁ οὐρανός, καὶ ἡ γῆ ἐφρίξεν. » Ἔστι καὶ δι' ὀνείρων προφητεία, δι' ὧν Ἰωσήφ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν Βαβυλῶνι προαγορεύει τὰ μέλλοντα. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ Φαραὼ καὶ ὁ Ναβουχοδονόσορ ἐωράκασιν. Περὶ κοσμικῶν γὰρ καταστάσεων τοὺς κρατοῦντας προβλέπειν ἐχρῆν, ἵνα πιστευῶνται. Καὶ Βαλαάμ δὲ, καὶ Καϊάφας προέβλεπον ἔχοντες τοὺς πειθόμενους· ὁ μὲν, ὡς ἀρχιερεὺς, ὁ δὲ, ὡς μάντις. Οἰκονομία τοίνυν ἐνταῦθα, οὐ νοῦς καθαρὸς ἐλλαμπόμενος. Ποτὲ μὲν οὖν οἱ προφῆται σαφῶς λέγουσι τὰ δηλούμενα, ὡς μὴ προσδεῖσθαι τινος αὐτοῖς ἔρμηνείας· ὡς τὸ, « Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιαῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος, πλήρης εἰμί, » καὶ τὰ ἐξῆς. Ποτὲ δὲ διὰ συμβόλων ὡς ἐπὶ τῶν ὀνείρων τοῦ Ἰωσήφ καὶ τοῦ Φαραὼ, δι' ἀσταχυῶν ἰδόντων· τοῦ μὲν, τὰ καθ' ἑαυτὸν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς· τοῦ δὲ, τοὺς ἐπίδοντας καιροὺς· ὡς καὶ τὸ, « Ἀμπελῶν ἐγενήθη τῷ ἡγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίοι, » καὶ τὰ ἐξῆς. Καὶ Δανιὴλ δὲ τὰς βασιλείας ἐν ἀχρεῶν ζῶων ἴδεν μορφαῖς. Τινὰ δὲ καὶ συμπεπλεγμένως λέγεται· τῶν μὲν πρὸς λέξιν, τῶν δὲ πρὸς διάνοιαν εἰρημένων· ὡς τὸ παρὰ τῷ Σωτῆρι· « Οὐχ ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἐγὼ τετράμηνός ἐστιν, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; » Τοῦτο πρὸς λέξιν. Τὸ δὲ πρὸς διάνοιαν, « Ἐπάρατε^β τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν, καὶ ἴδετε τὰς χώρας, ὅτι λευκαὶ εἰσι πρὸς θερισμὸν ἤδη. » Τοιοῦτον καὶ « Ἦσατὰ τὸ, « Διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτον τὸ ὕδωρ τοῦ Σιλῶαμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, » καὶ τὰ ἐξῆς. Ἐν τούτοις γὰρ ὁ μὲν Σιλῶαμ, καὶ ὁ λεγόμενος ἰσχυρὸς ποταμὸς, τροπικῶς εἰρηναῖος. Πρὸς δὲ λέξιν· Ὁ λαὸς ὁ βουλόμενος τὸν Ῥάασιν, ὃς ἦν βασιλεὺς Δαμασκῶ, καὶ τὸν υἱὸν Ῥωμελίου τῆς Σαμαρείας βασιλεύοντα. Ἡ γὰρ θεία Γραφή τῆς ἀπάντων ὠφελείας γινομένη, καὶ τοῖς ἀπλουστέροις, ἢ καὶ βραθυμοτέροις πρόχειρον προτείνει διάνοιαν, καὶ τοῖς σπουδαιοτέροις νοῦ γυμνασίαν διὰ τῶν ἐπιχειρουμένων χαρίζεται. Καὶ πᾶσαν δὲ τὴν ἀνθρωπίνην ἔσθ' ὅτε διακόσμησιν οὕτω διέπει Θεός. Ἡ τε γὰρ τῶν ἀναγκαίων ἐνδοξα γυμνάζει τὸν νοῦν, αἶ τε δὴ περιστάσεις καὶ πᾶσαι συμπτώσεις. Τοιαύτη δὲ καὶ τῶν Γραφῶν ἡ ἀσάφεια, ἵνα τούτοις ἐνασχολούμενος τῶν χειρῶν ἀφέλκῃται. Καὶ ὅτι τὰ πόνου κτηθέντα, ἀγαπητὰ τε καὶ τίμια. Καὶ ἡ φύσις δὲ τοὺς ὀνείρους διὰ τοῦτο δείκνυσιν ἀσαφεῖς, Θεοῦ γυμνάζοντος τὴν διάνοιαν, ὡς ἔσθ' ὅτε δεῖσθαι θείου χαρίσματος πρὸς διάκρισιν, τῶν ἡμετέρων ἐνομιῶν οὐκ ἀρχουσῶν τῆς ἀληθείας πρὸς ἥραν. Διὸ^δ ταῦτα κρίνουσιν Ἰωσήφ τε καὶ Δανιὴλ. Ἄμα δὲ καὶ διὰ τῆς συνεχοῦς μελέτης ἐντυπῶνται τὰ θεία λόγια τῇ ψυχῇ, καὶ σεμνότερα καθίσταται. Δεῖ γὰρ τὸν πάντα βίον μαθεῖν καὶ γνῶσει καὶ πράξει. Ὡς ὁ Μωϋσῆς ἐπ' ἔτη τσσαράκοντα τὴν τῶν Αἰγυπτίων σοφίαν μαθὼν, προφάσει τῆς ποιμενικῆς εἰς τὰς ἐρήμους ἰὼν, τῇ θεω-

⁶ Psal. cxv, 11. ⁷ Isa. xiii, 10. ⁸ Gen. xli, 15 sqq. ⁹ Dan. ii, iv, viii, ¹⁰ Num. xxiv 2 seqq. ¹¹ Joan. xi, 50. ¹² Isa. i, 11. ¹³ Isa. vi, 1. ¹⁴ Dan. vii, 1 seqq. ¹⁵ Joan. iv, 35. ¹⁶ Ibid. ¹⁷ Isa. viii, 6.

VARIÆ LECTIONES.

^β γρ. Ἐπάρατε. ^γ λελπ. παρ'. ^δ γρ. Διά.

ε.

ρη τῶν θυτων ἐσχόλαζεν, καὶ μὴ βουληθεὶς πρὸς Ἀ
ἐπιμέλειαν ἀνθρώπων ἐκπέμπεται, μηδὲ τότε μόνῃ
τῇ πράξει προσκείμενος, ἐπανιών δὲ πρὸς ἐποπτεῖαν
πολλάκις, ὅτε καὶ πρὸς τὴν μοσχοποιίαν ἐτρέποντο.
Τοιοῦτος Ἥλιος τῶν ἀνθρωπίνων ἀποδιδράσκων τὸν
ὄχλον. Εἰ τοίνυν τοῖς ἁγίοις πόνῃ προσεγίνετο τῆς
ἀληθείας ἢ κτήσις, καὶ μετὰ μυρίας ἀναχωρήσεις
Ἥλιος ἤξιωτο τοῦ Θεοῦ, πῶς εἰκὸς ἡμᾶς ἀκονεῖ
καὶ ποσὶν ἀνίπτοις ἐμβατεύειν τοῖς κρείττοις; Δεῖ
δὲ τὰς κοινὰς καὶ ἀξιολόγους αἰτίας ὃ ἔχειν περὶ
Θεοῦ ταῖς λέξεσιν ἐντυγχάνοντας. Ἀνθρώποις γὰρ
ὄσιν ἀνθρωπίνως ἢ Γραφῇ διαλέγεται. Ὅτε καὶ
ὀργιζόμενον, ἢ λυπούμενον, ἢ μεταμελόμενον λέγει
τὸν Θεὸν ἢ Γραφῇ, ζητεῖν προσήκει τὸ τῆς λέξεως
βούλημα ταῖς περὶ Θεοῦ προσηκούσαις ἐννοίαις
ἀρμόττον. Τῶν δὲ προφητειῶν, ἐπειδὴ περὶ μελλόν-
των εἰσιν, οἱ ἀπὸ τῶν βασιλέων προγράφονται χρόνοι.
Ἐπεὶ περὶ ἐτέρους ἴ ἦν ἢ τότε κατὰστασις τῶν παρ'
Ἰουδαίους πραγμάτων, ἡμελλεν δὲ τὰ μηδὲ πρὸς
νῦν ἐλθόντα μακροῖς ὑπερον χρόνοις γενήσεσθαι·
ὡς ἂν γνωσθῇ πρὸ πόσου χρόνου ἐρήθεντα μετὰ πό-
σον ἀπῆντηκεν. Καὶ ὅτι, Ὅτε πεπλεόνακεν ἢ ἀσθένει-
ον, ὑπερπερὶσσευσεν ἢ δύναμις. Σχεδὸν γὰρ οἱ
π εἰστοὶ συνέδραμον ἄλλήλοις κατὰ τὸν χρόνον.
Ὅσῃ ἐν ἡμέραις Ὁζίας, καὶ ἐν ἡμέραις Ἰεροβοάμ.
Μιχαίας ἐν ἡμέραις Ἰωάβ καὶ Ἀχάζ. Σοφονίας ἐν
ἡμέραις Ἰωσίου υἱοῦ Ἀμώς. Πρόκεινται δὲ νῦν βασι-
λεῖς, Ὁζίας, Ἰωάβ, Ἀχάζ, Ἐζεκίας· καὶ δείκνυσιν
εὐκ ἐφ' ἐνὸς μόνου βασιλείως, ἐπὶ δὲ τῶν τεσσάρων,
ἐυρακεῖναι τὰ κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἰερουσα-
λήμ θεσπιζόμενα. Εὐροις γὰρ ἂν αὐτὸν ἐφ' ἐκάστης
βασιλείας τοὺς Ἰουδαίους ἐλέγχοντα, προλέγοντά τε
τὰ κατ' αὐτῶν μετὰ χρόνους κείμενα, μέχρι τέλους
τῆς Βίβλου, ὡς εἶναι τὴν πᾶσαν ὑπόθεσιν, ὡς φησι,
κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ τῆς Ἰερουσαλήμ δρασιν,
ἦν ὡς ἐν κατόπτρῳ παρέδειξεν αὐτῷ τὸ Πνεῦμα τὸ
ἅγιον. Ἰουδαίαν δὲ τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐνταῦθα δη-
λοῖ, ἢ τὴν χώραν αὐτήν. Ἰερουσαλήμ δὲ τὴν πόλιν,
ἢ τὴν ἐν αὐτῇ τότε κατὰ τὸν νόμον λατρείαν· ὧν
τὴν καθάρσει, καὶ τὴν καινῇ του Χριστοῦ πολι-
τεῖαν προέδειξεν. Ἀπὸ γὰρ Ἰουδαίῳ διὰ τὸ
ταῖς συνεχέσιν ἀπειθεῖν προτροπαῖς· ἐκλήθη δὲ τὰ
ἔθνη τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης παυσάμενα. Μέλλων
δὲ ὁράσεις κατ' Αἰγύπτου, καὶ Δαμασκοῦ, καὶ Βαβυ-
λώως εἰπεῖν, καὶ πλείστον ἄλλων μεμνηθῆσαι, ταῦτα
μὲν ἐν δευτέρῳ πάντα ποιεῖται. Ἐκ δὲ τῶν ἀφιερ-
ωμένων Θεῷ τὴν ἀρχὴν ἐποίησατο, κατὰ τὸ εἰρη-
μικόν· « Ἀπὸ τῶν ἁγίων μου ἀρξασθε. » Καὶ,
« Δυνατοὶ δυνατῶς ἐτασθήσονται. » Καὶ, « Οἷς τὸ
πολὺ δέδοται, τὸ πολὺ ἀπαιτηθήσονται. » Πλείστας
γὰρ ἐκ Θεοῦ λαβόντες εὐεργεσίας, ἀνάξιοι τούτων
ἐγένοντο. Καὶ σφοδρῶς ἐπιφέρεται ἀρχουσί τε καὶ
ἐπιμνήσας, παραστήματι θεῷ παντὸς κινδύνου καὶ
θεοῦ ὑπεροπῶν. Μία μὲν οὖν ἡ βίβλος. Εἴρηται δὲ

ut quoties ad veritatis indagacionem nostræ non
sufficiunt meditationes, divina sciamus ad judi-
candum opus esse gratia. Hac explicandi via ju-
cedunt Josephus et Daniel. Ad hæc assidua medi-
tandi diligentia divina oracula mentibus nostris
imprimuntur, et venerabiliora redduntur. Decet
enim perpetuo vitæ cursu non cognitionis modo,
sed actionis studio nos exerceri: non secus ac
Moses ¹⁷, qui quadraginta annos in Ægyptiorum
disciplinis versatus, simulato gregis pascendi stu-
dio, in solitudines secessit, in quibus rerum com-
templationi vacaret, unde ad hominum curam
advocatur invitus, ne tum quidem tamen soli ac-
tioni deditus, sed sæpe ad contemplationem rever-
sus, eoque potissimum tempore, quo ad vituli
confectionem animum adjecerant Israelitæ ¹⁸.
Talis fuit et Elias, qui solitudine delecta-
tus hominum turbas solebat effugere ¹⁹. Ergo si
sanctis viris labore comparatur veritatis posses-
sio, sique non nisi post infinitas solitudinum
peragrationes, Deo dignus est habitus Elias ²⁰: qui
justum putabitur, sine sudore et pulvere, illotis-
que pedibus, ad præstantiora aggredi? Decet vero
communibus, et idoneis rationibus eos retineri
qui scriptis de Deo incumbunt; cum mortales hu-
mano more alloquatur Scriptura. ²¹ Itaque si ira-
tum, si dolentem, sique poenitentem dicat Deum,
orationis sensus is est inquirendus, qui rectæ et
legitimæ de Deo notioni non adversetur. Verum
quia de futuris existunt prophetiæ, temporum se-
ries ab ipsis regibus prænotatur: quoniam penes
eos tum rerum Judaicarum status versabatur,
erantque ea quæ nondum venerant in mentem,
longo postea tempore eventura: ut quam longo
ante prædictæ sint tempore, quam impletæ, intel-
ligatur. Ad hæc, quoniam, Cum abundavit infirmi-
tas, superabundavit et virtus. Fere enim multi
inter se tempore concurrunt. Vixit Oseas tempo-
ribus Ozias, et Jeroboam; Michæas, Joab et Achaz,
Sophonias, Jozias, filii Amos. Proponuntur vero
nobis Ozias, Joatham, Achaz, et Ezechias reges,
doceturque non unius regis temporibus, sed qua-
tuor, ea prophetæ visa esse, quæ adversus Ju-
dæam et Jerusalem vaticinatur. Reperias autem ip-
sum per regna singula Judæos insectantem, et quæ
illis postea eventura essent ad usque librum ul-
timum ita prædicentem, ut facile appareat univer-
sum esse argumentum, sicut ipse ait, *Adversus
Judæam et Jerusalem visionem*; quæ sit ei, tan-
quam in speculo, a Spiritu sancto demonstrata.
Judæam autem hic, Judæorum gentem aut regi-
onem, intelligit; *Jerusalem* vero urbem ipsam,
aut cultum qui in ipsa ex legis instituto tunc
vigeat: quorum excidium, recentisque per Chri-

¹⁷ Act. vii, 22. ¹⁸ Exod xxxii, 1 seqq. ¹⁹ III Reg. xvii, 1 seqq. ²⁰ III Reg. xix, 1 seqq.

VARIE LECTIONES.

• Ἰσ. γρ. ἐννοίας. ἴ γρ. ἐκείνους. • γρ. Ἰωάθαμ.

stum regni institutionem prædixit. Abacti namque A
ideo sunt Judæi, quod crebro ad frugem provocati, monitis non paruerunt: vocatæ autem gentes, quod ab idolorum errore cessarunt. Visiones autem contra Ægyptium, contra Damascum, contra Babylonem narrare, plurimarumque aliarum rerum meminisse cum statuisset, e secundo loco expedit omnia sumpto ab iis, qui Deo consecrati sunt initio; juxta illud: « A sanctis meis incipite ²¹. » Et: « Potentes potenter arguentur ²². » Item: « Quibus multum datum est, multum exigetur ab eis ²³. » Cum enim multa in illos Deus contulisset beneficia, illis sese indignos præstitere. Insurgit autem vehementer in duces, et subditos, fiducia in Deum adversus omne periculum, et 5 meium fretus. Unicus porro quidem liber est; sed singillatim multa, variisque et magnis locorum, temporumque distincta intervallis, recenset: nec facile est cum verbis tempora componere, rebusque alio atque alio rege gestis, statum urbis assignare. In summam tamen si dictorum regum tempora colligas, quinquaginta consurgunt anni; quos prophetae complexa est oratio. Feruntur vero cum, divino agente impetu, ad populum concionaretur propheta, ei adfuisse aliqui (hos a commentariis vocant) qui verba ejus in templo portisque civitatis, ubi propter ingredienti turbas sermonem habebant, notis exciperent; quæ postea, cessante propheta, in unum colligebant.

CAPUT PRIMUM.

Vers. 4. Visio, quam vidit Isaias filius Amos, quam vidit contra Judæam, et contra Jerusalem, in regno Ozæ, et Joatham, et Achaz, et Ezechias; qui regnarunt in Judæa.

Sensuum omnium ad veritatis indagacionem certissimus est visus. Neque enim similiter auditus, et visus, quæ jucunda aut formidabilia sunt, percipiunt. Unde fit, ut rerum verarum contemplatio, propter evidentem earum fidem, visio nominetur. Ob id et videns propheta, et quæ ante sunt, prospiciens, dicebatur; sicut Amos, et Samuel: tum quod futurarum rerum notitiam haberet; tum quod divinæ voluntatis nutum contempleretur. Est verostrarum partium ut ad videndam nos ipsi purgemus: Dei autem, ut ad rerum ineffabilium revelationem mentem nostram illustret. Quod autem Visionis vocabulum initio posuit, libri argumentum indicavit. Neque enim quam audiendo excepit, sed quam menti impressam habet, sententiam denuntiat. Est ergo ad eorum explicationem, quæ videntur, opus oratione: istaque tum Deus 6 informat, cum eorum, qui digni sunt, mentem attingit. Paternam vero prophetiam indicans, et patrem suum addit. Dupliciter item Videndi verbum sumitur partim quidem, ut Visionis notetur communio: partim autem, ut speciei statuatur differentia. Præterea sermonem facit visibilem, juxta quod in Exodo scribitur; « Cunctus autem populus videbat voces ²⁴. » Cæterum, prophetarum alii quidem Visionis, alii autem Verbi vocabulum suarum vaticinationum exordiis præfixere. Visionem quidem Abdias; Verbum

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

α'. "Ορασις, ἣν εἶδεν Ἡσαίας υἱὸς Ἀμώς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλήμ, ἐν βασιλείᾳ Ὁζίου, καὶ Ἰωαθὰμ, καὶ Ἀχαζ, καὶ Ἐζεκίου, οἱ ἐβασίλευσαν τῆς Ἰουδαίας.

Τινὲς δὲ λέγουσιν, ὡς αὐτοὺς φησι μὴ ἐπερωτησάντας. Ἄφ' ἐαυτοῦ γὰρ εἰς τὰς συναγωγὰς εἰσέτρεχεν, κηρύσσων καὶ θεραπεύων, ἐλεγὲν τε αὐτοῖς. **B** Ἔγὼ εἶμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. Καὶ, Ἐγὼ δὴ εἶμι, ἐρχέσθω πρὸς με. Ἄλλ' ἠκολούθουνταί; ἐαυτῶν ἀμαρτίαι. Καὶ τοι γεγωνότος ἐμοῦ. Ἐάν μὴ πιστεύσητε, ὅτι ἐγὼ εἶμι, ἐν ταῖς ἀμαρτίαις ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. Τινὲς δὲ πρὸς τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ κατὰ καιροῦς λυπηρὰ, τὸν λόγον ἐδέξαντο, ὅτι μὴ κληθεὶς αὐτοῖς ἐβοήθει. Ἔγὼ γάρ, ὁ καὶ διὰ Μωσέως χεῖρας ἐκπετάρη, πρὸς τὸ τοὺς μὲν οἰκειώσασθαι διὰ νίκης, τὸν δὲ Ἀμαλὴν ἀπολέσαι, καὶ τοι κεχρησμένον πρὸς εἰδῶλα, καὶ ταῖς ἐαυτῶν ἐπιθυμίαις ἀκολουθούτων, ἀλλ' οὐ νῦν πρῶτον. Ὑμεῖς γὰρ οἱ ἐκ παντὸς αἰῶνος με παροξύναντες, θύοντες ἐνώπιον ἐμοῦ τὰ πάντα ἐφορῶντος Θεοῦ, καὶ εἰπόντος. Μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεται ἡ [ἐναντία ἐμοῦ] ἡ ἡγίασμα; **C** ἢ ἡ ἡγίασμα ἐν τῷ οὐρανῷ μου ἐποίησε βδέλυγμα; οὕτω τῆς Γραφῆς καλοῦσης τὸ εἰδῶλον. Τὸ δὲ καὶ οὐκ εἰσι, περὶ τῶν δαιμόνων φησίν, ὡς οὐκ ἔσονται θεῶν, οἷς ἔθουον ἐν τοῖς ἐκ πλινθῶν κατασκευασμένοις βωμοῖς. Ἦγουν ἐπέπερ, ἦνίκα τοῖς δαιμονίοις εὐχόντο, τόπους πλινθοῖς οἰκίας διεγράφων, ἐφ' ὧν ἴσταντο. Ἐν μνήμασι δὲ λέγει, διὰ τὰς νεκρομαρτίαις, ἐν δὲ σπηλαίοις, ἐνθά ἴστων ἐπ' ὄρους ἀγάλματα, ἣ καὶ τελετὰς ἐπέτελλον τινὰς, ὑπὸ δένδροις μεγάλοις θυσίας προσάγοντες. Καὶ τοῖς ἔθνεσιν [φησίν] ὁμοιοῦμενοι χοιρέων ἐνεφορεῖσθε κρεῶν, καὶ ἐκ τῶν θυσιῶν, ὧν προσεφέρετε δαίμοσιν, ἐψόντες τὰ περιττὰ, πᾶν σκεῦος ἐμολύνετε. Καὶ τοιαῦτα δρῶντες. **D** πύρι καὶ ὕδατι περιεργαζόμενοι καθαροὺς ἑαυτοὺς ὠνομάζετε. Ἄ ἐξ πάντα κἀνός ἐσσι τοῦ θυμοῦ μου. Πρὸ γὰρ τῆς ἐπιδημίας ἀρχή πῶς ἦν τῆς θέας ὄργης. Τὸν δὲ θυμὸν ἐξῆψαν τὰ κατὰ τοῦ Σωτῆρος τολμησαντες. Ὁ δὲ κἀνός εἰς πῦρ μετεβάλλετο. Ἐπειδὴ δὲ τοῖς ἀνθρώποις βοήθεια πρὸς λήθην τὰ γράμματα, τροπικῶς ἐκ τούτων δείκνυσι τὸ ἀνεπίηστον τοῦ Θεοῦ. ὅποιον καὶ παρὰ Δανιὴλ τὸ, Βίβλοι ἀνεψήθησαν, σημαίνον τὴν πάντα γνῶσιν περιλαμβάνουσαν τοῦ Θεοῦ.

oblivione laborare demonstrat. Cujusmodi illud est, quod apud Danielem apertos esse libros reperimus **11**; ut omnia Dei cognitionem complecti significet.

Ἐπὶ δὲ τῶν βουνῶν ὠρεῖσθαι με, φησὶ. Οὐ

1 Ezech. xviii, 23. **2** Joan. viii, 12. **3** ibid. vii, 57. **4** Apoc. xx, 12.

A tempus, qui non peccatoris morte, sed poenitentia delector **3**? Qui in errorem induxi, qui, ut ad se redirent omnes, utque jacentes excitarentur, hortatus sum? Qui vos rursus induravi, qui ad longe remotos, qua sum in homines benevolentia, sponte advolavi, ut nullo me negotio etiam alienigenis intuendum et cognoscendum praeberem? Qui denique in vos non clemens esse potui; qui in alienos talis exstiti? Imo a vobis ego gratiae principia duxi, qui benigne vocavi; quique, veluti *manibus expansis*, ad **737** gemitos filios properans, vos etiam, qui me odistis, complexus sum.

Volunt tamen nonnulli, eos *interrogantes* non induci. Ex se enim ad synagogas concionandi, sanandique gratia, cucurrisse, et monuisse lucem se esse mundi **4**. Et, si quis sitiret, ad se esse veniendum **5**. Sed sua esse peccata secutos; quantumvis nisi crederent quia ipse est, in peccatis suis esse morituros inclamaret **6**. Sunt etiam, qui ad Aegyptiacam servitutem, et ad molestias, quas certis temporibus tolerarunt, ideo referant; quod ab eo, quem minime invocabant, auxilium sentirent. Ille enim, Ego sum, inquit, qui *manus meas in Mose expandi*; ut per victoriam vos mihi conciliarem, Amalecitas autem perderem: quantumlibet idolis inhiantes vestris cupiditatibus inserviretis; ne nunc id primum fieri afferatis. Vos enim ab omni aeo me *exacerbastis*; qui *in conspectu meo sacrificastis*, qui Deus sum videns, quique me nihil celare posse monui. Quid igitur per *conspectum suum*, nisi templum, quod sibi consecratum est, intellexit? Etiam enim per Jeremiam, « *Quam dilecta in domo sua fecit abominationem* **7**; *postulare videas* **8**; quibus verbis idolum Scriptura significat. Quod autem *et non sunt* adjecit, de *dæmonibus* intellexit; tanquam *deos non esse* asserat, quibus super altaria *lateribus* constructa sacrificabant. Vel quia, cum *dæmonia* precabantur, loca quædam in *laterum* similitudinem, in quibus ea erigebant, delineabant, *sepulcrorum* deinde meminit; ut divinationem per mortuos ininuere. Meminit et *speluncarum*, ubi simulacra *in montem* collocabant; aut etiam sacra quædam, mactatis sub proceris arboribus hostiis, faciebant. Quin et gentes, ait, imitati, *suilibus carnibus* implebamini; *vasaque omnia* elixatione superfluum *de hostiis*, quas ipsi feceratis, coinquinaveratis. Quæ tamen cum agerent, postquam *igne* vos et aqua lustrassetis, *mundos vos* appellabatis. Quæ certe omnia *furoris mei fumus sunt*. Erat enim ante adventum veluti quoddam divinæ iræ principium; sed **738** *furorem* accendit patratum in Salvatore facinus: ipseque *fumus in igne* mutatus est. Quoniam autem homines ad memoriæ subsidium *scriptis* uti videmus; ab illis tropice nulla Deum

Sequitur deinde: *Et super colles exprobraverunt*

11 ibid. viii, 24. **12** Jerem. xi, 15. **13** Dan. vii, 10;

mihī. Neque enim aliis unquam litassent, nisi me A contemptississent, tanquam Deus ipse non essem. Quod autem *non taciturnum* se adjecit; ad expectantes se retulit. Itaque si inveniat aliquis ex ea multitudine, qui salutis spem habeat, horum ille in numero non habebitur. Si enim vel vitis ipsa Domini, pro uvis, spinas producat, eradicabitur. Sin autem vel paucus, *veluti in sicco botro acinus incolumis inveniat*; tanquam *benedictionis* particeps, servabitur. Non aliter ac si agri Dominus *racemum* amputari prohibeat, in quo supersit *acinus*, quem habere *benedictionem* moneat. Sic et Sodoma servaturum se pollicebatur Dominus, si vel quinque justos habuisset¹⁵. Hic autem ad bonitatis extensionem propter *acinum* unum, *botrum* ipsum; id est civitatem, vel pagum, servaturum se significat. Olim enim etiam revertendi copiam fecit, propter Zorobabelem, et Jesum, et Esdram, et si quis ejusmodi. Et nunc quoque *educturum se*, id est excelsum facturum *Judæ semen et Jacobi* significat. Intelligit vero *seminis* appellatione illud ipsum, quod cæteris ad fructuum editionem conferre valeat: quale est illud: « Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen¹⁶; » quibus verbis apostolorum chorus significatur; qui, cæteris *pereuntibus, montem sanctum possidens*, ad montem Sion, et ad civitatem Dei viventis, cælestem Jerusalem¹⁷, id est Ecclesiam, accessisse se dicunt: juxta quod bibituros lætitiā, bibituros vinum; unguento denique ens in monte unctum iri legimus; quibus effectum est, ut quod *futuras in saltu caulas* 739 adjecit, factum reperiat.

Est vero usitatum, ut *saltus* nomine, exterarum C gentium multitudo significetur; apud quas institutas esse constat Ecclesias; quæ *caulæ*, et *vallis Achor* appellantur. Ac si diceret: Non aliter quam vallem Achor totam execrationem pati contigit¹⁸; cum eo connectus Achor est, qui quæ Deo fuerant consecrata furatus esset: talis fuerat et ipsa gentium impiarum, Deoque carentium regio; quæ in *armentorum requiem, populo, qui me quasi-verunt*, futura est: quem et *racemi*, et *seminis*, electorum insuper, et servorum nominibus indicavit. Cogent enim *armenta* et *greges*, non in Israel; sed in *saltu* prædicto, et *valle Achoris*; id est, in regionis amplitudine, si nominis interpretationem postulas. Atque hæc quidem istis eventura sunt. In cæteros autem, qui *montem sanctum dereliquerunt*, seque gentibus ita adjunxerunt, ut mox *fortunæ simulacro mensam pararent, mox dæmoni potionem, et gladius* etiam induceretur. Quod si interrogas, cur a me cætera prætermittantur; me vos propter meipsum *vocasse* respondebo, vos autem *non audivisse*; quale illud fuit, quod antea, me venisse quidem, sed hominem non fuisse; et *vocasse* etiam, sed nullum obedivisse, monni. Non desunt porro, qui postrema ista, ad gentes, quæ

γὰρ ἂν ἔθουν ἐτέροις, μὴ καταφρονούντες ὡς εὐτε-
λοῦς, καὶ μὴδὲ θυνοῦ Θεοῦ. Τὸ δὲ, *Ὁὐ μὴ σιωπήσω*,
ἐπιμενόντων αὐτῶν δηλονότι. Τοιγαροῦν εἰ εὐρεθῆι
τις ἐν τῷ πλήθει σωτηρίας ἔχων ἐλπίδα, τοῦτων ἔξω
γενήσεται. Εἰ γὰρ καὶ ὁ ἀμπελῶν Κυρίου ἀντὶ στα-
φυλῆς ἀκάνθας ποιήσας, ἀφανισθήσεται· ἀλλ' εἴπου
τις εὐρεθῆσεται σπάνιος ὡς ἐν ξηρῷ βότρυν ῥῶξ
ὑγίης, ὡς εὐλογίας μετέχων, σωθήσεται· ὡς εἰ καὶ
θεσπέτης ἀγροῦ κωλύοι τριτῆναι βύτρυν ἔχοντα
τὸν ἕνα ῥῶγα, εὐλογίαν ἔχειν εἰπών, οὕτω μέχρι
πέντε δικαίων ὁ Θεὸς ὑπέσχετο σώζειν τὰ Σόδομα.
Νῦν δὲ κατ' ἐπίστασιν ἀγαθότητος, δι' ἕνα [ῥῶγα] λέ-
γει τὴν βότρυν σωθῆσθαι, δηλαδὴ πάλιν, ἢ κώμην.
Καὶ τὴν ἐπάνοδον γὰρ πεποίηκε διὰ Ζοροβάβελ.
Ἰησοῦν τε καὶ Ἐσδραν, καὶ εἰ τις τοιούτος. Καὶ
νῦν δὲ ἐξελοῦμαι, ἦγον ὑψηλὸν ἀποδείξω τὸ ἐξ
Ἰούδα σπέρμα καὶ Ἰακώβ. Τὸ δὲ σπέρμα δηλοῖ τὸ
εἰς ἐτέρων καρποφορίαν συντελεσαι δυνάμενον·
ὅποσον τὸ, « Εἰ μὴ Κύριος Σαβαὼθ ἔγκατέλειπεν
ἡμῖν σπέρμα, » ὃ τὴν ἀποστολικὴν σημαίνει χορὴν·
δ, τῶν ἀλλων ἀπολλυμένων, τὸ ἅγιον ἐκκληρονό-
μησεν ὁρος· φάσκοντες, Προσεγγύθημεν Σιών
ἔρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἰερουσαλὴμ ἐπουρα-
σίην, ἦγον τὴν Ἐκκλησίαν κατὰ τὸ, Πινοται εὐφορο-
σύνην, πίνονται οἶνον, χρίσονται μύρον ἐν τῷ ὄρει
τούτῳ, δι' ὧν ἐπληροῦτο καὶ τὸ, Ἔσονται ἐν τῷ
δρυμῷ ἐπαύσεις.

lætitiā, bibituros vinum; unguento denique ens in

δρυμῶν συνήθως λέγων τῶν ἀλλοφύλων τὸ πη-
θος, παρ' οἷς Ἐκκλησία κατέστησεν, ἐπαύσεις
καλούμεναι, καὶ φάραγξ Ἀχώρ. Τοῦτ' ἔστιν, ὡσπερ
αὐτὴ γέγονεν ἀνατεθηματισμένη παγγενεῖ, τοῦτο·
ἀνάθημα κλέψαντος ἐμβληθέντος αὐτῆ· τοιαύτη τις
ἦν ἡ χώρα τῶν ἀθῶν ἔθνων, ἦτις εἰς ἀνάπαιστον
ἔσται βουκόλων τῷ ἐκζητήσαντι με λαῶ, δ; ἦν
ὁ ῥῶξ καὶ τὸ σπέρμα τὸ εἰρημένον, οἱ ἐκλεκτοὶ τε
δοῦλοι. Συστήσονται γὰρ οὗτοι βουκόλια τε καὶ
ποιμνία, οὐκ ἐν τῷ Ἰσραὴλ, ἀλλ' ἐν τῷ δηλωθέντι
δρυμῷ, καὶ τῇ φάραγγι τοῦ Ἀχώρ, δ; ἐρμηνεύεται,
φασιν, εὐρυχωρία. Ταῦτα μὲν τούτοις· τοῖς δὲ τὸ
ἅγιον ἐγκαταλιποῦσιν ὁρος, καὶ συναφθεῖσι τοῖς
ἔθνεσιν, ὡς παρασκευάζειν τῷ μὲν ἀγάλματι τῆς
τύχης ἐράπειαν, τῷ δὲ δαίμονι κέρασμα τῷ ἐν
αὐτῷ, ἐπαχθήσεται μάγαιρα. Κὰν ἐρωτήσης, Ἄνδ'
ὅτου τὰλλα παρεῖς; ἔρω ἔτι δι' ἑμαυτοῦ καλῶς
παρεγενόμεν ἡμᾶς, ὑμεῖς δὲ οὐκ ὑπακούσατε. Καθὼ
προεῖπεν, Ἦλθον, καὶ οὐκ ἦν ἀνθρωπος· ἐκάλεσα,
καὶ οὐκ ἦν ὁ ὑπακούων. Τινὲς δὲ τὰ τελευταία ταῦτα
πρὸς τοὺς ἐξ ἔθνων ἀπειθήσαντας εἰρήσθαι φασιν. Ὡς
γὰρ οὐ γέγονεν ἀζήμιον τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ τὸ ἀπειθῆ-
σαι Χριστῷ (δέδοται γὰρ εἰς σφαγὴν, ἐλέφ Θεοῦ σω-
θέντος τοῦ καταλείμματος), οὕτως ἐν τῇ τῶν ἔθνων
κλήσει οἱ μὴ πεισθέντες παραδοθήσονται πρὸς σφαγὴν

¹⁵ Gen. xviii, 32. ¹⁶ Isa. i, 9. ¹⁷ Hebr. xii, 22. ¹⁸ Josue vii, 26.

VARIÆ LECTIONES.

Ἰ γρ. ποιήση. ἲ γρ. τοῦ τό.

κατιόντες εἰς ἄδου, καὶ τὴν διὰ πυρὸς ὑπομένοντες ἅ
κόλασιν, ὡς καὶ τιμῶν φησι τὴν τύχη, καὶ τὸ
δαίμόνιον.

ἰγ-κε'. Διὰ τοῦτο τάδε λέγει Κύριος· Ἰδοὺ οἱ
δουλεύοντές μοι φάγονται· ὑμεῖς δὲ πεινάσετε.
Ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι πλύνται· ὑμεῖς δὲ διψή-
σετε. Ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές μοι εὐφρανθήσονται·
ὑμεῖς δὲ αἰσχυρθήσεσθε. Ἰδοὺ οἱ δουλεύοντές
μοι ἀγαλλιάσονται ἐν εὐφροσύνῃ, κ. τ. λ.

Εἰπὼν τὸ κατ' ἐκλογὴν σπέρμα τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ
τὰς δι' αὐτῶν σουστάσας Ἐκκλησίας· τοῖς δὲ ἀπο-
λυμένοις, κατὰ μὲν τινὰς Ἰσραηλίταις, καθ' ἑτέ-
ρους δὲ ἐθνικοῖς, τὰς καταλλήλους ἢ εἰπὼν τιμωρίας·
πρὸς τοὺς αὐτοὺς λέγει καὶ τὰ προκαίμενα, διδάσκων
ὡς δίκαιος ὢν ὁ Θεὸς, τοὺς πανταγόμενους αὐτῷ δου-
λεύοντας, ἀλλ' οὐ πάντως ἐξ Ἰσραὴλ ὑποδεξιμέ-
νους· δίδει αὐτοῖς εἰς τροφὴν τὸν εἰπόντα, Ἐγὼ
εἰμι ὁ ἄριστος ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς, ὅπερ οἱ μὴ
δουλεύοντες στερηθήσονται· καὶ οἱ μὲν τὸν μυ-
στικὴν πλίνονται οἶνον, ἤγουν τὸ ὕδωρ, περὶ οὗ φησιν·
Ὅς ἂν πῖνῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὐ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, ἢ καὶ
τὰ ἐξῆς, οἱ δὲ τούτῳ διψήσουσιν. Καὶ ἀναλόγως
οἱ μὲν εὐφρανθῶνται. Καθαίρει γὰρ ἁμαρτίας τὰ
μυστικά, καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις ἐξίστησι
φόβον, καὶ ἀγαθὰ δίδωσιν ἐλπίζειν τὰ μέλλοντα· οἱ
δὲ αἰσχυρθήσονται· καὶ οἱ μὲν ἀγαλλιάσονται,
τούτων τυχόντες, οἱ δὲ τούτους ὁρῶντες οὐ σώμα
ποιήσουσι, μικρὸν γὰρ τοῦτο, τὴν δὲ καρδίαν ὀδυ-
νηθήσονται, τοῦ χριτοῦ τὰ πρὸς ἀξίαν αὐτοῖς ἀπο-
νέμετος. Τινὲς δὲ φασιν, ὡς συγκαταβαίνων τοῖς
Ἰουδαίοις, ἐξ ὧν ὠρίζοντο τὴν μακαριότητα, καὶ
τὴν εἰκὴν ὀρίζεται. Ἐν γαστρὶ γὰρ τὸ πᾶν ἐτίθεντο
τῆς ἀπολαύσεως. Ὅθεν ἐπιστρέψαι βουλομένοι, τὴν
τούτων στέρησιν ἐπήγει, καὶ τὸ μὴδὲ ὄνομα τούτων
φέρεσθαι, ἀντισταγομένων εἰς τὸν κληρὸν αὐτῶν, τῶν
δικαίων, οὓς καὶ κληρὸς, καὶ ὄνομα πατέρων περι-
λελειφεται. Τὸ δὲ εἰς πλησμονὴν, εἰς μῖσος δηλοῖ,
κατὰ συνήθειαν γραφικὴν, ὡς τὸ, Ἐγενήθητέ μοι εἰς
πλησμονὴν. Ὅ γὰρ κόρος ἀποστροφὴν ἀπεργάζε-
ται. Βθέλυμα τὸίνυν ἔσεσθε, φησὶ, καὶ λεγόμενοι
[υἱοί], οἱ δὲ δίκαιοι, λαὸς ἅγιος, ἔθνος ἐκλεκτὸν, βα-
σιλεῖον ἱεράτευμα, κατὰ τὴν Πέτρου φωνὴν. Καὶ
ταῦτα, εἰ πρὸς ἐθνικοὺς καὶ εἰδωλολάτρας· ὁ λόγος
εἰ δὲ πρὸς τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ἀπειθήσαντας, ὅτι
ἕπερ ἦσαν αὐτοὶ, τέκνα, καὶ λαὸς, καὶ κληρὸς Θεοῦ
χρηματίζοντες, τοῦτο οἱ ἐξ ἐθνῶν πεπιστευκότες γε-
νήσονται· καὶ τοῦτο τὸ διὰ φωνῆς Ὁσηέ· Καὶ κα-
λέσω τὸν λαόν μου οὐ λαόν μου.

gentes, et idololatrias sermo sit; sin autem ad eos, qui ex Israele non paruerunt; quod illi fuerant, cum filii, et populus, et sors Dei vocabantur¹⁹, id ipsum gentes, qui crediderunt, futuri sunt. Quod nobis Osæe verbis significatum est²⁰, ubi populum, qui suus non sit, suum se vocaturum propheta si-

fidem respuerunt, referri dicant. Ut enim non impune cessit Israelitis, quod Christo non paruerunt (servatis enim Dei miseratione reliquiis inter necioni dati sunt): sic et in ipsa gentium vocatione, qui fidem non amplectentur, in eadem demissi apud inferos tradentur, igneque cruciabantur; quos etiam fortunam et dæmonium colere significat.

740-741 VERS. 13-25. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce servi mei comedent, vos autem esurietis. Ecce servi mei bibent, vos autem sitiitietis. Ecce servi mei gaudebunt, vos autem confundemini. Ecce servi mei exsultabunt in gaudio, etc.

742 Posteaquam Israelis semen electum et Ecclesias, quæ ex ipso conflatae sunt, sancti montis hereditatem esse auditoras; pereuntibus autem, sive Israelitis, sive gentibus, ut aliis atque aliis placet, pœnas se congruas immisurum docuit, in eosdem et quæ hic habentur, assumit; docetque Deum, qui justus sit, quos ubique seruos habuerit, non Israelitas omnes esse amplexorum, eumque in cibum illis traditurum, qui se panem cælo demissum esse affirmavit¹⁸; quo iis, qui servi non fuerint, carendum sit. Et hi quidem mysticum vinum, aut aquam, bibituri sunt; quam ut indicaret, verba ista: « Qui aquam biberit, quam ego dabo¹⁹, » et quæ deinceps, usurpavit: illi autem istorum siti laboraturi. Pari modo sunt et hi gaudium habituri: cum tollant peccata mysteria ipsa, metuque liberent, qui eis incutitur, nosque in futurorum bonorum spem erigant; illi autem confusionem passuri. Sunt et hi præterea exsultaturi, cum hæc eos adipisci contigerit: illi autem istos intuentes non corpore laboraturi (hoc enim parvum est), sed corde dolorem experturi; cum iudex eos pro meritum ratione compensabit. Volunt tamen nonnulli eum se ad Judæorum ingenium demittere; et ex iis justitiam desumere, quibus eos beatitudinem censere animadvertat. Omnem enim delectationem ventre metiebantur. Quo factum est, ut avertere statuens, istorum privationem proponat, monens ne nomen quidem istorum retineri; cum sint in sortem illorum iusti admissi, quibus et sors ipsa, et patrium nomen relinquatur. Quod deinde in saturitatem addidit; in odium significavit, **743** usitato Scripturis loquendi genere: quale illud fuit, cum factos esse sibi in saturitatem prædixit²⁰. Parit enim fastidium et aversionem satietas. Eritis igitur, inquit, abominatio, etiam filii nuncupati: iusti autem, populus sanctus, gens electa, regale sacerdotium, sicut apud Petrum legimus²¹. Atque hæc quidem, si ad

¹⁸ Joan. vi, 51. ¹⁹ ibid. iv, 13; vii, 37. ²⁰ Isa. i, 41. ²¹ I Petr. ii, 9. ²² Deut. xxii, 9. ²³ Osæe ii, 21.

VARIAE LECTIONES.

* ἰ. Ἰσ. κληρονομήσειν τὸ ἕρος. ἢ γρ. δώσειν. ἢ γρ. πάντας τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὑποδεξιόμενος. ἢ γρ. ἐπάρξει. ἢ ἄρ. ὅτι.

Est vero notandum quo loco in saturitatem habemus, in juramentum cæteros transtulisse; tanquam deprecari juramento solemus, ne ea patiamur, quæ immaniter alios exercere videmus, quorum aliquis etiam nomen qui dicitur, aversatur. Quod autem eos esse interfecturum Dominum adjicit, tanquam de extremo malorum omnium usurpavit; nec tam animæ separationem a corpore, quam Dei, vitæque immortalis privationem significavit. Atque hæc quidem vobis, inquit, eventura sunt; cæteris autem: *Qui mihi serviunt*, qualibet e gente sint, ea quæ promissa sunt. Quod si etiam quinam ii sint, scire vultis; nomen quidem ipsum non est quod adhuc nuntiari vobis expectetis: sed nosse satis fuerit, fore nomen novum, nec ulli unquam inditum, cui aucto et multiplicato benedicatur supra quamlibet benedictionem corpoream. Reponunt vero et ipsi Deo benedictionem, a quo sibi fuerit benedictum; in quo facta sunt nova omnia, cultus, vita, et nomen. Eum namque spiritu et veritate adoramus, et colimus; in vitæ rursus evangelicæ novitate, ad Christum accedimus, et ab eo Christiani nominis appellatione, veluti corona redimimur; in quorum vicem fructum illi laborum, linguæque benedictiones reponimus. Imo ad fidem etiam, quæ juramento efficitur, si postulat necessitas, eundem adhibemus; juxta quod, Dominum Deum nostrum adorare, eumque unum colere, et in nomine ipsius jurare, præcipit ²¹. Putant **744** ipsis promissa est, hoc loco significari: sed quia gentes esse appellatas.

Notabis porro locum istum usque ad, Deo vero, C ita Aquilam interpretari: *Et servos vocabit nomine alio, quo qui est benedictus in terra, benedicetur confirmatus*. Symmachum autem sic: *Servos autem suos appellabit nomine alio, in quo qui benedictus est in terra, benedicetur in Deo. Amen*. Cum ii igitur, qui falso dii nuncupantur, liberati fuerint, Deum rerum sui Salvatoris opera agnitori sunt, et quem misit Dominum Jesum Christum. Quod ubi contigerit, obliviscuntur tribulationis, quam patiebantur, cum demones malos colerent; quibus præter alias hostias, suos etiam liberos mactare jubebantur ²². Accedebat porro et illud, quod, ut neglectorum vitarent insidias, quibus Dei auxilio destitutos exercebant, innumeris immolabant. Non desunt tamen, qui Israelitas non ea passuros esse amplius, quæ cum impietatem colerent, significari putent: sed magnam adeo fore in melius conversionem, ut elementa etiam mutari videantur. Apparent enim lætis pulchriora et lucidiora omnia, aliis in cæli luce etiam meridiana cæcutientibus. Vel id ideo dicit, quod cum alias antea, cælum ipsum terramque intuerentur, creaturam potius quam Creatorem colebant ²³: quæ jam nova conspiciant, cum

Τὸ δὲ, εἰς πλησμονὴν, εἰς ἄρκον ἐξέτωσαν οἱ λοιποὶ, εἰωθῶτων ἡμῶν ἄρκον ποιεῖσθαι, τὸ μὴ παθεῖν, ἅπρ οἱ ἀνήκεστα πάσχοντες, ὧν τις καὶ τοῦτομα λεγόμενον ἀποτρέπεται. Ὑμᾶς δὲ ἀνελεῖ Κύριος· ὃ δὴ τῶν κακῶν ἔσχατον, οὐ τοσοῦτον σημάτων ψυχῆς ἀπὸ σώματος χωρισμὸν, ὅσον στέρησιν Θεοῦ, καὶ τῆς ἀθανάτου ζωῆς. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν, τοῖς δ' ἐμοὶ δουλεύουσιν, ἐξ οἴω τὴν ἔθνη, τὰ ἐπηγγελμένα. Κἂν μαθεῖν τίνες εἴεν ἐθέλετε, τοῦτομα μὲν οὕτω λελέξεται, ἀρκεῖ δὲ γινῶναι μόνον, ὅτι ἔσται καιρὸν, μηδὲν πωθεῖν· ὃ εὐλογηθήσεται ἀξανατόμον καὶ πληθυνόμενον ὑπὲρ πᾶσαν σωματικὴν εὐλογίαν. Ἀρτευλογήσουσι δὲ καὶ αὐτοὶ τὸν αὐτοῦ Θεοῦ εὐλογήσαντα, ἐν ᾧ γέγονε πάντα καιρὰ, λατρεῖα, καὶ ζωὴ, καὶ ὀνομασία.

Τελοῦμεν γὰρ αὐτῷ τὴν ἐν πνεύματι τε καὶ ἀληθείᾳ προσκύνησιν, καὶ λατρεῖαν, καὶ ἐν καιρότητι ζωῆς εὐαγγελικῆς πρόσμειν τῷ Χριστῷ, καὶ τῇ ἀπ' αὐτοῦ κληρίν, ὥσπερ τινὲς στέφανον ἀναδοῦμενοι, Χριστιανοὶ χρηματίζομεν. Ἀνθ' ὧν καρπὸν χειλέων καὶ γλώττης αὐτῷ προσκομιζομεν τὰς δοξολογίας· κἂν εἰ γένοιτο πως ἀνάγκη, τῆς δι' ἄρκον πίστεως αὐτὸν προβαλλόμεθα κατὰ τὸ, Κύριον τὸν Θεὸν συπροσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις, καὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ ὀμῆ. Τινὲς δὲ φασιν ὅτι τοῦτομα καιρὸν, ὡς τοῖς πατριάρχαις αὐτοῖς ἐπαγγέλλεται, μὴ πεισθέντων δὲ, τοῖς ἔθνεσι τὸ καιρὸν Χριστιανῶν ἀπέδωκεν τοῦτομα.

nounnulli nominis novitatem, qua ratione patriarchis non crediderunt, recentis Christianorum nomine

Τὸ δὲ ῥητὸν, μέχρι τοῦ Θεοῦ τὸν ἀληθινόν, ὃ μὲν Ἀκύλας οὕτως ἐρμήνευσε· Καὶ τοῖς δούλοις καλέσει τοῦτομα ἕτερον, ᾧ εὐλογημένος ἐν τῇ γῆ εὐλογηθήσεται πεπιστωμένος. Ὁ δὲ Σύμμαχος· Τοῖς δὲ δούλοις αὐτοῦ καλέσει τοῦτομα ἕτερον, ἐν ᾧ ὁ εὐλογημένος ἐπὶ τῆς γῆς εὐλογηθήσεται ἐν τῷ Θεῷ. Ἀμήν. Ἀπαλλαγέντες οὖν τῶν ψευδωνύμων θεῶν, γνώσονται παρὰ τοῦ Σωτῆρος αὐτῶν τὸν ἀληθινόν Θεόν, καὶ ἐν ἀπέστειλεν Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. Ὑπὲρ γεγονότος, ἐπιληθήσονται τὴν θλίψιν, ἣν ὑπέμεινον τοῖς πονηροῖς λατρεύοντες δαίμοσιν, θύειν καὶ τὰ τέκνα πρὸς ταῖς ἄλλαις θυσίαις ἐπιταττόμενοι. Προσῆν δὲ καὶ τὸ ἀναριθμήτως θύειν, διὰ τὴν ἐκ τῶν ἡμελημένων ἐπιθυσίαν ἐνεργούσαν κατὰ τῶν σκέπη οὐκ ἐχόντων τὴν ἐκ Θεοῦ. Τινὲς δὲ τοῖς δὲ Ἰσραὴλ εἰρησθαί φασιν τὸ μηκέτι πείθεσθαι, ἅπερ ἀσεβοῦντες ὑπέμεινον. Τσοσάτη δὲ ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ἔσται μεταβολή, ὡς καὶ τὰ στοιχεῖα μεταβιβασθῆαι δοκεῖν. Τοῖς γὰρ χαίρουσι πάντα φαιδρότερα φαίνεται, τῶν ἐν σὺ¹ καὶ ἐν σταθερᾷ μεσημβρίᾳ σκοτοδινίωντων. Ἡ δὲ ἄλλως πρότερον ὄρωντες τὸν οὐρανόν, καὶ τὴν γῆν, ἐσέβοντο τὴν κτίσιν παρὰ τὸν κτίσαντα· νῦν δὲ καιρὰ ταῦτα βλέψονται, ἡνίκα Θεοῦ γνώσονται δημιουργήματα. Διὸ φησιν

²¹ Deut. vi, 13; Matth. iv, 10.

²² Psal. cv, 37.

²³ Rom. i, 25.

VARIÆ LECTIONES.

¹ ἢ ἰσ. οὐρανῷ.

Ὅτι μνησονται τῶν προτέρων, τὰς δόξαι, ἃς Α
 εἶχον, ὡς περὶ θεῶν ἀποβάλλοντες. Ἀγαλλισμα δὲ,
 φησὶν, εὐρήσουσιν ἐν αὐτῇ, δηλαδὴ τῇ γῆν Ἱερου-
 σαλήμ, Ἐκκλησίαν, περὶ ἧς ἐπιφέρει· αὐτὴ γὰρ τὸ
 ἀγαλλισμα, καὶ ἡ καθαρὰ θεοσέβεια ἔσται αὐτοῖς
 Ἱερουσαλήμ. Ἡ δὲ Ἐμαντοῦ εὐφροσύνην θήσω
 τὴν Ἱερουσαλήμ, ἐνευφραϊνόμενος τῷ λαῷ, ᾧ τὸ
 καινὸν δρομα κατεπήγγελαί.

Τοιαῦτα γὰρ πράξει τούτων ἡ πολιτεία, ὡς μηκέτι
 ἀράξεις ἐν αὐτοῖς ἀκούεσθαι κλαυθμοῦ καὶ
 κραυγῆς ἀξίας. Ὡς ἐκ διαβολῆς δὲ τῆς αἰσθητικῆς
 Ἱερουσαλήμ ὑφαίνει τὸν λόγον, ἧς οἱ ἠγούμενοι
 μετὰ δώρων κρινόντες ἀθῶων κατεψηφίζοντο, μετὰ
 κραυγῆς αὐτοὺς θρηνεῖν ἀναγκάζοντες, περὶ ἧς Ἱε- Β
 ρεμίας φησὶν· « Ὡ πόλις ψευδῆς, ὅλη καταδυναστεία
 ἐν αὐτῇ, » καὶ τὰ ἐπόμενα. Καὶ ἄλλος δὲ φησὶ προ-
 φητικῶς· « Ἐκονδύλιζονεῖς κεφαλὰς πτωχῶν, καὶ ὄδον
 ταπεινῶν ἐξέκλιναν. » Ἡ δὲ Χριστοῦ Ἐκκλησία τού-
 των ἀπήλλακται, ἐν ἧ ὄχι ἔσται ἄωρος, καὶ πρε-
 σβύτης, ἔς ὃν ἐμπλήσει τὸν χρόνον αὐτοῦ.
 Ἄωρον μὲν τὸν ἐξ ἔθνῶν λέγει λαόν, περὶ οὗ φησὶ
 καὶ Δαβὶδ· « Ὁ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύ-
 ριον, » Οἷς καὶ Παῦλος φησὶν· Ὡς ἀρτιγέννητα
 βρέφη τὸ λογικὸν καὶ ἄδολον γάλα ἐπιποθήσατε.
 Πρεσβύτην δὲ, τὸν ἐκ περιτομῆς, ὡς τῷ χρόνῳ κατὰ
 τὴν Ἐκκλησίαν πρεσβύτερον, ἐν ἧ ὄχι ἔσται φησὶν
 οὐδετέρου διαφορὰ. Πάντες γὰρ ἔσονται τέλειοι, εἰς
 μέτρον ἡλικίας ἀναβαίνοντες τοῦ πληρώματος τοῦ
 Χριστοῦ. Τοῦτο γὰρ ὁ ἕκατοστός· περίστιχον ἀριθμὸς, C
 ὅτε καὶ ἡ κατὰ νόμον τελειώσει· ἀνόνητος ἔσται τοῖς
 ἔχουσιν, εἰ μὴ Χριστῷ προσέλωσιν διὰ πίστεως,
 ἐν ἧ βαπτισθέντες τοὺς ἐκ τῆς ἁμαρτίας ἀποτριβί-
 μεθα μολυσμούς. Θυκοῦν κἀν εἰ τις ἕκατόν ἐτῶν
 ὑπάρχων τὴν ἐν νόμῳ λαβῶν τελειότητα, καὶ τελευ-
 τήσῃ ἁμαρτωλός, τὴν ἐν Χριστῷ μὴ προσηκά-
 μενος πίστιν, ἔσται ἐπικατήρατος, ταῖς τοῦ νόμου
 παραβάσεις ἐνοχος ὢν, ἐν ᾧ μηδεὶς τοσοῦτον κατ-
 ὠρθωσεν, ὡς ὑπὸ παράβασιν μὴ πεσεῖν. « Πάντες
 γὰρ, φησὶν, ἡμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ
 Θεοῦ, δικαιοῦμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι. » Τοιγαροῦν
 ἐν τῷ νόμῳ Παῦλος τελειωθείς, σκύδαλα ἠγγί-
 σατο τὰ ἐν νόμῳ, ἵνα Χριστὸν κερδάνη, καὶ εὐρεθῇ
 ἐν αὐτῷ μὴ ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δικαιοσύνην, τοῦτ' ἔστι D
 τὴν ἐν νόμῳ, ἀλλὰ τὴν διὰ πίστεως· Ἰησοῦ Χριστοῦ.
 Καὶ τοὺς Ἰουδαίους μεμψόμενος λέγει· « Ἄγνοοῦν-
 τες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν
 βουλόμενοι στήσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπε-
 τάγησάν. Τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην
 παντὶ τῷ πιστεύοντι. » Καὶ πάλιν· « Εἰδότες δὲ,
 ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος· ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ
 διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμεῖς εἰς Χριστὸν
 πεπιστεύκαμεν. » Διὸ κατὰ Χριστὸς ἐλέγη τῆς
 τοῦ νόμου κατάρτας ρύθμιος, ἐν ᾧ ἔστι τὸ, « Ἐπι-

Dei opera agnoscent, qua de causa priorum non
 esse recordaturos amplius adjecit; ut quas de illis,
 tanquam diis habebant, opiniones abjicerent. Ad-
 jecit etiam exultationem esse in ea inventuras, ut
 regentem Jerusalem, id est, Ecclesiam, significaret;
 de qua intelligens, ipsam illis exultationem, pu-
 rumque cultum Jerusalem fore significavit. Vel se
 facturam lætitiā suam Jerusalem affirmat, qui
 populo delectetur, cui 745 recens nomen a se pro-
 missum sit.

Tantum enim effecturam istorum vitæ rationem,
 ut nullæ amplius in eis fletus et clamoris actiones
 audiantur. Tanquam vero subjectam sensibus Jeru-
 salem accuset, sermonem accommodat, in qua qui
 juri dicundo præficiantur, numeribus corrupti
 innocentes condemnabant, ad fletum et clamorem
 adigentes; de qua sunt et ista Jeremie: O civitas
 mendax, nulla non oppressio in ea²⁷, » cæteraque
 deinceps. Et propheta alius: « Feriebant capita
 pauperum, et viam humilium declinabant²⁸. » At istis
 Christi liberata est Ecclesia: in qua non immatu-
 rum, non senem, qui tempus suum non implet,
 futurum ait. Quo loco, immaturi nomine, gentium
 populum intelligit; ut et David populum qui crea-
 tur, laudaturum Dominum affirmat²⁹. Et Petrus
 etiam, ubi sicut modo genitos infantes rationabilo
 lac, et sine dolo concupiscere præcipit³⁰. Intelli-
 git porro senis appellatione, Judæum, veluti tem-
 pore superiorem, habita ad Ecclesiam ratione, in
 qua neutrius discrimen aliquod fore significat.
 Erunt enim perfecti omnes, ad mensuram ætatis
 plenitudinis Christi proveci³¹, id ipsum siquidem
 uterque significat numerus; quo tempore et ipsa
 secundum legem perfectio possessoribus suis futura
 est inutilis, si non ad Christum per fidem accedant;
 in qua baptizati, sordes eas, quibus inquinamur,
 eluimus. Si quis igitur centum annorum perfectio-
 nem legis adeptus, peccator etiam moriatur fide in
 Christum destitutus; erit maledictus, qui legis
 transgressionibus obstringatur; in qua nemo tam
 strenue unquam versari potuit, ut in eam non im-
 pingeret. « Omnes enim, scribit Apostolus, pecca-
 verunt, et egent gloria Dei, justificati gratis per
 gratiam ipsius³². » Indeque factum est, ut is in
 lege perfectus, ea, quæ in lege essent, stercora pu-
 taret, ut Christum lucrifaceret, et non inveniretur
 suam id est, legalem, habens justitiam; sed illam,
 quæ ex fide est, per Jesum Christum³³. Accusat
 vero et Judæos his verbis: « Ignorantes enim ju-
 stitiam Dei, et suam querentes statuere, Dei non
 sunt 746 subjecti. Finis enim legis, Christus; ad
 justitiam omni credenti³⁴. » Et rursum: « Scientes
 autem, quoniam non justificatur homo ex operibus
 legis, nisi per fidem Jesu Christi; et nos in Christum
 credidimus³⁵. » Quo factum est, ut maledictio

²⁷ Jerem. xiv, 14. ²⁸ Amos v, 11. ²⁹ Psal. ci, 19. ³⁰ I Petr. ii, 2. ³¹ Ephes. iv, 13. ³² Rom. iii, 23. ³³ Philpp. iii, 8, 9. ³⁴ Rom. x, 3, 4. ³⁵ Galat. ii, 16.

VARIÆ LECTIONES.

Β γρ. Πέτρος.

Christus appellatus sit, qui legis *maledictione* liberaritur; in qua leguntur et ista: « Maledictus omnibus qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea ²⁶. »

Non desunt tamen, qui, quod non futurum ibi immaturum, et senem, dixit, ita explicant, ut pueri resurrectionis participes fore perfectos, animisque validos; tanquam nihil inchoatum, nihil puerile, nihil vietum habituri sint: sed sint integræ ætatis omnes, tanquam eodem tempore resurrectionem regenerationemque unam adepti. Perfectus igitur, qui salutem adeptus est, juvenis fuerit, ejusdemque eum ætatis habuerit, qui perierit. Simul enim atque omnes excitati fuerint, salute, vel pœnis, distinguuntur, aliis, qui in nequitia perfecti sunt, *maledictis*, suisque *peccatis morientibus*. Quo tempore et omnes, quas sibi quique suis operibus mansiones præpararunt, habituri sunt, suisque laboribus fruituri, propriis videlicet *fructibus* nutriti, neque verentes amplius, ne *alterj* suos labores illis auferant. Degent enim in perpetua vitæ felicitate, *secundum diem ligni vitæ*; quibus verbis promissiones factas in paradiso adimplendas esse, eumque, qui illarum particeps fuerit, facturum se immortalem, nec vetustate deficientem significat: aut alia rursus migratione labores suos aliis non esse relicturos. Sunt tamen qui ista ad prioris adventus tempora retulerint, quibus pace omnes et indulgentia frui illos contigit, qui in Christo per fidem *maledicti*, non sunt hostibus amplius et calamitatibus propter impietatem, ut prisca, traditi, neque *laborum suorum* damna ulla passi, sed qui spiritualibus recte factorum suorum deliciis indulserunt, quos nullus concessa apud Patrem mansionem sit abacturus, quippe qui vitæ beatitudine, tiantur.

Sequitur deinde: *Et 747 opera laborum non veterascent*; quibus verbis immutabilem vitæ viam habituros esse significat. Quæ enim legis fuit, quia umbram habuit, a figuris ad veritatem transiit; quæ autem a Christo est, quia vera est, mutationem non sentit: ea, quæ non *veterascent*, hoc loco perennitatem significante, quod illi minime habuerunt. Sunt enim ista ad Christum: « *Justitia tua, justitia in æternum, et lex tua veritas* ²⁷. » Ista porro Deus promittit, non quibuslibet; imo nec iis, qui *vocantur*; sunt enim: vocati multi, pauci vero electi ²⁸. Quo fit, ut *electos suos in vanum non esse laboraturos* adjiciat. Qui enim Judæis olim præerant, cum mandata hominum docerent ²⁹, patres illi quidem doctrinæ ratione sese præstabant, sed in *vanum et maledictionem*. Quibus effectum est rationibus, ut miseros esse eos Salvator affirmavit ³⁰, qui mare et terram circumire non dubitarent, ut

κατάρτος πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, τοῦ ποιῆσαι αὐτά. »

Τινὲς δὲ τὸ, *Οὐ μὴ γένηται ἐκεῖ ἄωρος, καὶ προσδύτης*, οὕτως ἐξηγήσαντο. Πάντες γὰρ τυχόντες τῆς ἐμῆς ἀναστάσεως, ἔσονται τέλειοι, καὶ τὰς ψυχὰς ἀκμαῖοι, ὡς μηδὲν ἀτελές τε καὶ νήπιον, μήτε δὲ γεγηρακός εἶναι, ἠλικιωῦνται δὲ πάντες, ὡς ὕφ' ἓνα καιρὸν τευξόμενοι τῆς ἀναστάσεως, καὶ μιᾶς παλιγγενεσίας μεθέξοντες. Τέλειος οὖν ὁ σωζόμενος ἔσται νέος, καὶ τῆς αὐτῆς ηλικίας ἔξει τὸν ἀπολλύμενον. Ἄμα γὰρ πάντες ἀναστάντες, σωτηρίᾳ καὶ κολάζει διαιρεθήσονται, τῶν ἐν κακίᾳ τελειῶν *κατοράτων* ἐσομένων, καὶ τῇ ἰδίᾳ *τελευτώντων ἁμαρτίᾳ*. Ὅτε καὶ πάντες, ἅς διὰ τῶν ἔργων ἑαυτοῖς προεξένησαν, κομιούνηται μονάς, καὶ τῶν ἰδίων ἀπολαύσονται πόνον, *καρποὺς ἰδίους* ἢ τρεφόμενοι, μηκέτι δεδιότες μήπως *ἄλλότριοι τοὺς πόρους* αὐτῶν ἀφαρπάσωνται. Ἐν ἀτελευτήτῳ δὲ διάξουσιν εὐζωίᾳ, *κατὰ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς*: ἢ καὶ ἄλλοι τὰς ἐπαγγελίας ἐν τῷ παραδείσῳ γενήσεσθαι, καὶ τὸν τυχόντα τούτων ὑπάρξεν ἀθάνατον, μὴ παλαιούμενον· ἢ δι' ἑτέραν αὐτῆς μετάστασιν ἑτέροις τοὺς ἑαυτῶν καταλιπόντες ἰ *πόρους*. Τινὲς δὲ καὶ ταῦτα τῷ καιρῷ τῆς πρώτης ἐπιδημίας ἀπέδωκαν, ὅτε πάντες εἰρήνης ἀπολαύσουσι, καὶ χρηστότητος, οἱ ἐν Χριστῷ διὰ πίστεως *κατηραμένοι*, μηκέτι πολέμοι καὶ σύμφωροι δὲ ἄσθεϊαν, ὡς οἱ πάλαι, *παραδιδόμενοι*, μηδὲ ζημίαν ὑπομένοντες τῶν αὐτοῖς *πεποιημένων*, πνευματικῶς ἐντροφῶντες δὲ τοῖς ἑαυτῶν *κατορθώματιν*. Οὐδ' οὐδαὶς ἀπελάσει τῆς παρὰ τῷ Πατρὶ δεδομένης μονῆς ζωῆν ἔχοντας ἀγίαν, κατὰ τὴν πρὸ τῆς Ἀδάμ παραβάσεως.

qualis ante Adami transgressionem fuit, po-

Καὶ τὰ ἔργα, φησί, *τῶν πόρων αὐτῶν οὐ παλαιώσουσιν*: τοῦτ' ἔστιν, ἀμετάβλητον ἔξουσιν τὴν τῶν πρακτέων ὁδόν. Ἡ γὰρ νομικὴ, σκιδώδης οὖσα, μεταβολὴν ἐκ τύπων εἰς ἀλήθειαν ὑπέδεξατο. Ἡ δὲ κατὰ Χριστὸν ὁδὸς, ὡς ἀληθῆς, ἀμετάβλητος· τῆς μὴ *παλαιότητος* ἢ ἐνταῦθα τὸ διηγετικῆς δηλοῦσης, ὅπερ οὐκ ἔσχον ἐκεῖνοι. Πρὸς γὰρ Χριστὸν εἰρηται τὸ, « Ἡ δικαιοσύνη σου, δικαιοσύνη εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ὁ νόμος σου ἀλήθεια. » Ταῦτα δὲ Θεὸς οὐ τοῖς τυχοῦσιν ἐπαγγέλλεται, οὐ δὲ τοῖς κλητοῖς. Πολλοὶ γὰρ κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί· δι' ὅπερ ἢ φησὶν· *Οἱ ἐκλεκτοὶ μου οὐ κοπιώσουσιν εἰς κενόν*. Οἱ γὰρ πάλαι τῶν Ἰουδαίων καθηγηταί, διδάσκοντες ἐντάλματα ἀνθρώπων, πατέρες μὲν ἐγένοντο κατὰ μάθησιν, ἀλλ' *εἰς κενόν καὶ κατάραν*. Διὸ ταλανίζων αὐτοὺς ἔλεγεν ὁ Σωτὴρ· ὅτι Περιάγετε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηρὴν, ποιῆσαι ἓνα προσήλυτον. Καὶ ἐὰν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεννήτης. Οὐχ οὕτως οἱ τοῦ

²⁶ Deut. xxvii, 26; Galat. iii, 10. ²⁷ Psal. cxviii, 142. ²⁸ Matth. xx, 16. ²⁹ Isa. xxix, 13. ³⁰ Matth. xiii, 13.

VARIE LECTIONES.

^h γρ. καρποὺς ἰδίους. ἰ γρ. καταλιπόντας. ἰ γρ. παλαιώσουσιν. ἰ γρ. διόπερ.

Χριστοῦ. *Σπέρμα γάρ εὐλογημένον ἔσται τὸ ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ σπέρματος αὐτῶν.*

Τινὲς δὲ καὶ τοῦτο κατὰ τὴν παλιγγενεσίαν ἐδέξαντο. Εἰ γάρ τινες ἔσονται τότε *κόποι*, σωτήριοι, καὶ λίαν ἡδέεις, οἷους ὑπομένουσιν ἄγγελοι. Ἀλλὰ μισθὸς αὐτοῖς θησαυρίζεται. Οὐδὲ τὰ *γεννήματα* αὐτῶν εἰς *κατάραν*, τοῦτ' ἔστιν οἱ λογισμοί, καὶ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων δὲ νοήσωμεν, ὡν *καρπὸς* ἡ καθόλου τῆς γῆς Ἐκκλησία, καὶ τέκνα τὰ διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας παράδειξιν ἔχει πρὸς τὰ ἐξ Ἀδάμ, οὗ πρὸς τὴν γυναῖκα λέλεκται τὸ, « Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα » κατὰ *σάρκα* γὰρ ἐγέννων τὸ δὲ σπέρμα τῶν ἀποστόλων εὐλογημένον, ὃ κατέσπειραν ἐν πάσι ταῖς Ἐκκλησίαις, οἷς δὴ καὶ λέλεκται Ἐπὶν *κεκράξαι* αὐτοῖς, *ἐπακούσομαι* αὐτῶν. Ὅπερ ἐγένετο θαυματουργούτων αὐτῶν ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰς ἐπιστροφὴν τῶν καλουμένων εἰς πίστιν, ὅτε πάντες οἱ πρὶν ἀρπακτικοὶ τε καὶ θηριώδεις τὴν αὐτὴν εἶχον ἐν Ἐκκλησίᾳ τοῖς ἡμέροις *τροφῆν*, Γραφὴν τὴν θεῖαν νεμόμενοι. Καὶ τις ἰσθμὸν ἔχων, τοῦτου παυσάμενος *τροφῆν* ἐτρέφετο λογικὴν, ἀντὶ γῆς. Τοιοῦτοι δὲ γεγονότες, πῶς ἐτι βλέπτειν ἠδύναντο; Ἔστι δὲ διὰ τούτων καὶ τῶν δύο λαῶν νοεῖσθαι τὴν εἰς ἐν συνδρομήν. Τὰ μὲν γὰρ ἐπεὶ ζῶα, καὶ θυσίαις κατὰ τὸν νόμον ἀρμόδια, σημαίνει τὸν Ἰσραήλ. Τὰ δὲ ἀνίερα, καὶ θηρία, τοὺς ἐθνικοὺς *δμοῦ τρεφομένους* τὰ τε θεῖα μαθήματα, καὶ τὸν οὐράνιον ἄρτον. Τῆρι δὲ, ὡς οὐκ εἶρηται, τὰ ἡμέρα τῆς τῶν θηρίων μετέξειν *τροφῆς*, ἀλλὰ τούναντιον. Ἀκολουθεῖν γὰρ ἔδει τὰ χεῖρω τοῖς κρείττοσιν, ὡς τοῖς ἀποστόλοις τὰ ἔθνη. Πρὸς δὲ τοὺς οἰομένους τὰ ἔθνη τούτων τυχεῖν Ἰουδαίους ἐν τῇ παλαιᾷ Ἰερουσαλῆμ, ἐροῦμεν ὡς οὐδαμοῦ αὐτῶν ἐν τούτοις ἐπ' ἀγαθοῖς μνήμη, ἀλλ' ἀσεβημάτων ὀνειδισμοί. Τί δὲ τὸ ἀναγκαῖον ἐν τῷ ἀγίῳ *δρει* θηρία τυγχάνειν; Ἡ πῶς τοῦτο θεῖας ἔξιν ἐπαγγέλλας; *δρους* δὲ μνησθεὶς ἀγίου φησὶν. Ὁ οὐρανὸς μοι *θρόνος*, καὶ τὰ ἐπ' αὐτῷ. Δι' ὧν προδήλως παραινέται τὴν ἐπὶ γῆς Ἰερουσαλῆμ, [ἦν] ἀκόλουθον τοιαύτην εἶναι φαντάζεσθαι. Καὶ λαὸν γὰρ *καιρὸν* ἔφη, καὶ *δνομα καιρὸν*. Ἄλλως τε καὶ εἶπεν οὐ μὴ *μνησθῶσι τῶν προτέρων* ἐτι. Διὰ δὲ τῶν ἐξῆς, καὶ τὰ ¹ θυσίας αὐτῶν ἀποστρέφεται, δι' ὧν ἐνόμιζον εὐσεβεῖν, τὸν ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον μόνον ἀποδεχόμενος. Πρὸς δὲ τὸ παρὸν ῥητὸν ἔφασάν τινες, ὡς ἱκανῶς μυσταγωγήσας τοὺς ἐθνικοὺς, μεθίσταται λοιπὸν ἐπ' αὐτὸν ἡδὴ τὸν Ἰσραήλ, ἀποίωσιν αὐτὸν τῆς σκιάς.

nomemque notum habituram monuit; quodque alias

Per ea porro, quæ sequuntur, et eorum sacrificia aversatur; per quæ se pioexistere putabant, cum humile tantum et quietum amplectatur. Ad hæc autem verba non desunt, qui moneant, ubi ethnicos satis mysteria docuisset, deinceps ad ipsum continuo Israel transisse, ut eum umbra liberaret.

ΚΕΦΑΛ. ΕΓ'.

α'-δ. *Ὅπως λέγει Κύριος Ὁ οὐρανὸς μοι θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον*

unum proselytum facerent, ubi autem effecissent gehennæ filium reddere. At est alia Christi futura conditio. *Erit enim semen eorum benedictum.*

Sunt nonnulli tamen, qui ista etiam ad regenerationem referri voluerunt. Si enim, inquit, tunc temporis labores aliqui futuri sunt, salutare et jucundi valde, quales angeli perferunt, futuri sunt: quibus sua merces reconditur. Neque vero quæ ipsi generabunt, id est quæ animo parturient, *maledictionem* passura sunt: etiamsi de apostolis intelligamus; quorum *fructus* ipsa est orbis universi Ecclesia, et filii, qui per lavacri regenerationem editi, *comparationem* habent cum Adamo prognatis, cujus uxori non sine dolore liberos suos esse paritutum nuntiatum est ⁴¹. *Generabant*

B enim *secundum carnem*. At est *benedictum semen* apostolorum, quod in Ecclesiis omnibus *seminantur*; quibus *antequam clamarent a se exaudium iri* pollicitus est Dominus. Quod eo tempore præstitit, quo patrat, ut Actorum narrat historia ⁴², in eorum conversione, qui ad fidem vocabantur, miraculis, qui prius rapaci et **748** ferino more vivebant, eodem omnes *cibo*, id est, Scriptura sacra cum cicuribus et mansuetis, in Ecclesia, pasci contigit. Imo et qui moribus erant venenatis, iisdem depositis non terra amplius, sed rationali cibo nutriebantur. Ejusmodi autem cum abierint qui nocere jam valeant? Est vero per isthæc etiam duorum populorum concursus in unum significatus. Sacris enim animalibus, et ad sacrificiorum usum secundum legem congruentibus, Israellem significavit; ut per profana et fera, gentes ipsas, quæ in sacris *simul* disciplinis, cœlestique pane *nutriuntur*. Observa autem, ut quæ mansueta sunt, ferorum alimenti participia fore non dixit; sed contra. Decuit enim quæ deteriora sunt, ea sequi, quæ præstantioris essent conditionis; ut gentes apostolos. Ut autem iis responderemus, qui de Judæorum numero, gentibus ista in veteri Jerusalem contigisse arbitrantur: dicemus eorum hic nullo modo in bonorum ratione mentionem fieri, sed impietates exprobari. Deinde, qui erat necesse in *monte sancto* feras esse? aut quo pacto fuerit istud divina promissione non indignum? facta porro *sancti montis* mentione, *cælum* ipsum, et quæ in eo sunt, *sedem sibi esse* adjicit: quibus verbis Jerusalem, quæ in terris est, aperte respuit; quam ideo talem haberi non fuerit incongruum, quod *populum recentem, priorum non esse recordatos amplius* affirmavit.

CAP. LXVI.

VERS. 1-4. *Sic dicit Dominus: Cælum sedes mea, et terra scabellum pedum meorum. Quæ est ista*

⁴¹ Gen. III, 16. ⁴² Act. II, 43.

VARIE LECTIONES.

¹ γρ. τὰς.

PATROL. GR. LXXXVII.

85

domus, quam ædificabitis mihi? et quis est iste locus requietionis meæ? etc.

Est vero humano more locutus, cum *sedis et scabelli* nomina usurpavit. De *sacrificiis* vero ipsis non dissimiliter locutus est et David, ubi in hæc verba ait: « Si esuriero, nonne dicam tibi? meæ siquidem sunt omnes feræ agri⁴³, » et quæ deinceps. At propheta, rejectis repudiatisque sacrificiis, evangelicam legem **749** (*humilitate, et tremore, etiam præpositis*) introducit. Est autem animadvertendum, scribi non, *iniquus autem, ut cæteris placet, sed, qui immolat bovem.*

Adjicit deinde Israelis, quantumvis primogenitus sit, rejiciendi causam; cum *vias suas* eos *elegisse* dicit, qui in rebus necessariis injustos se iudices præbuerunt, quos duci Christo parere oportuit. Deinceps, quia ad veterem etiam impietatem, et *abominaciones* rediisse ait; et se quoque *illusiones eorum*, id est, illudentes ipsis et insultantes Romanos, *electurum* ea de causa significat; quod, ut etiam antea dictum est, *vocati non attenderint*. *Vocatos* autem fuisse vel istis constiterit, ubi ait: « Accedite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis; et ego reficiam vos⁴⁴. » Cæterum quæ de annis dicta sunt, ad diuturnæ vitæ tempora referri simpliciter arbitrantur nonnulli; si leges eos observare contingat. Ita enim et regionem habituros esse inexpugnabilem, et fructus, tanquam in hortis, perpetuo vigentes: quæ cum essent prædicta, propter eorum incredulitatem, ideo non contigerunt, quod pœnitentibus promitterentur. Futurum enim est, inquit, ut eorum, qui crediderunt, *semen benedicatur*: imo et pacem colant vobiscum, et secum, feræ ipsæ. Præterea, quod *cælum sedem suam* esse dixit, in sanctis requiescere se demonstravit. Quod deinde *terram esse scabellum pedum suorum*, sic ea, quæ minime sancta sunt, in sua se habere potestate significavit. Quia autem tribus duæ cum dimidia, non operum suorum et pietatis, sed templei Dei virtute, expugnationem se esse vitaturas arbitrabantur, ista non sibi, sed illis conducere demonstrat, ut cum legalibus inhæserint, non indignos se præsentent, qui in ipsis habitet. Aversari se præterea hostias significat, quæ ab animi rectitudine non proficiunt. Soleant enim qui voluntatibus suis obsequuntur, et ad idola procumbunt, ad eum cum istis accedere, etc.

750 VERS. 5-14. *Audite verba Domini, qui tremitis ad sermonem ejus. Dicite fratribus vestris, qui oderunt vos, et abominantur, ut nomen Domini glorificetur, ut appareat in latitibus eorum, et illi confundentur. Vox clamoris de civitate, vox de templo, vox Domini retribuētis retributionem adversariis suis.*

751 Posteaquam iis nova fore omnia, promis-

⁴³ Psal. xlix, 12, 10. ⁴⁴ Matth. xi, 28.

^m γρ. ἀνατρέχειν. ⁿ γρ. ὑπεξούσια.

οικον οἰκοδομήσετέ μοι; καὶ ποῖος τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; κ. τ. λ.

Ἀνθρωπίνως δὲ τὸ θρόνος, καὶ τὸ ὑποπόδιον εἶρηται. Περὶ δὲ τῶν θηρίων συμφώνως ψάλλει Δαβίδ· « Ἐὰν πεινάσω, οὐ μὴ σοι εἶπω; ἐμὰ γὰρ ἐστὶ πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ, » καὶ τὰ ἐπόμενα. Ὁ δὲ προφήτης τὰς θυσίας ἀποβαλὼν, τὴν εὐαγγελικὴν εἰσήγαγεν πολιτείαν, τὸ ταπεινὸν, καὶ πρῶον, καὶ εὐλαβὲς προτίμων. Οὐ κείται δὲ κατὰ τοὺς λοιποὺς, ὁ δὲ ἀνομος, ἀλλ' ὁ δὲ σφαδάζων μόσχον.

Τὴν δὲ τῆς ἀποβολῆς τοῦ Ἰσραὴλ αἰτίαν καὶ τοὶ πρωτοτόκου γεγονότος, ἐπάγει λέγων· Καὶ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν, οὐκ ὁρθοὶ γεγονότες ἐν ἀναγκαίοις πράγμασι δικασταί, δέον εἰσηγούμενῳ πειθαρχῆσαι Χριστῷ. Εἶτα καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἀνατρέχων^m ἀσέβειαν, καὶ τὰ βδελύγματα, φησὶ· Δὶδὲ κἀγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν· τοῦτ' ἐστὶ, τοὺς ἐμπαίζοντάς τε καὶ ἐμπαρονοῦντάς αὐτοῖς, δηλονότι Ῥωμαίους. Ἡ δὲ αἰτία, διότι ἐκάλεσα αὐτοὺς, καὶ οὐκ ἐπήκουσάν μου, ὃ καὶ πρὸ τούτων ἐλέγετο. Ἡ δὲ κλήσις· « Δεῦτε πρὸς με πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. » Τὰ δὲ περὶ τῶν ἐτῶν εἰρημένα, τινὲς ἀπλῶς εἰρησθαί φασιν ἐπὶ πολυχρονίου ζωῆς, εἶγε τοῖς αὐτοῦ νόμοις ἐμμένοντες. Καὶ τὴν χώραν γὰρ ἀπόρθητον ἔξουσιν, καὶ καρποὺς, ὡς ἐν παραδείσοις ἀειθαλεῖς, ἃ προρρήθῆντα διὰ τὴν αὐτῶν ἀπειθειαν οὐ γέγονεν. Μετανοοῦσι γὰρ ἐπήγγελλται. Πειθομένων γὰρ, φησὶν, εὐλογημένον ἐσται τὸ σπέρμα. Εἰρημεύσειτε πρὸς ὑμᾶς τὰ θηρία καὶ αὐτὰ πρὸς ἑαυτά. Τὸ δὲ ὁ οὐρανός μοι θρόνος, τοῦτ' ἐστὶν, ἀνάπαυσις τὰ ἅγια. Τὸ δὲ ἡ γῆ ὑποπόδιον, ὑπεξούσιανⁿ καὶ τὰ μὴ ἅγια. Τῶν δύο δὲ ἡμίσεος φυλῶν ολομένων διαφεύγειν τὴν ἄλωσιν, διὰ τὴν πρὸς τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οὐ διὰ τρώπων ἀρετῆν, καὶ εὐσέθειαν, δείκνυσιν ὡς οὐκ αὐτῷ ταῦτα, δι' ἐκείνων δὲ χρήσιμα, ὅπως τοῖς νομίμοις ἐμμένοντες, εἰεν ἄξιοι τοῦ αὐτὸν οἰκεῖν ἐν αὐτοῖς. Ἐπεὶ καὶ τὰς θυσίας ἀποστρέφομαι μὴ γινόμενάς ἀπ' ὀρθοῦ λογισμοῦ. Ποιοῦντες γὰρ αὐτῶν τὰ θελήματα, καὶ προσκυνῶντες εἰδώλοις, ἐμοὶ μετὰ τούτων προσέρχονται.

ε'·δ'. Ἀκούσατε ῥήματα Κυρίου οἱ τρέμοντες τὸν λόγον αὐτοῦ. Εἰπατε ἀδελφοῖς ἡμῶν τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς, καὶ βδελυσσομένοις, ἵνα τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῇ, καὶ ὀφθῇ ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν, καὶ ἐκείνοι αἰσχυρθησονται. Φωνὴ κραυγῆς ἐκ πόλεως, φωνὴ ἐκ ναοῦ, φωνὴ Κυρίου ἀνταποδίδοντος ἀνταποδίδουσιν τοῖς ἀντικειμένοις, κ. τ. λ.

Πάντα καινὰ κατὰ τὸν καιρὸν εἰπὼν ἕσεσθαι τῶν

VARIÆ LECTIONES.

επαγγελιών τοῖς ταῦτα προμαθοῦσι· κατὰ τὸν ἐν-
 εστῶτα βίον, ἀκολούθως ταῦτά φησιν· Ἀκούσατε οἱ
 τρέμοντες τοὺς λόγους αὐτοῦ, περὶ ὧν ἔφασκεν·
 « Ἐπὶ τίνα δὲ ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὴν ταπεινὴν, καὶ
 ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; » οἱ εὐαγγελι-
 κὸν παράγγελμα [διδ]ῶσιν οὐδὲν διαφέρον τοῦ· « Ἀγα-
 πᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦ-
 σιν ὑμᾶς. Προσεύχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεάζοντων, καὶ
 διωκόντων ὑμᾶς, ἵνα γένησθε υἱοὶ τοῦ Πατέρος ὑμῶν
 τοῦ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Οὐ γὰρ τὸ τρέμειν τοῦ Θεοῦ
 τοῖς ἄλλοις, πρὸς ελεεινότητα μόνον ἀρκεῖ· ἀρετῆς
 δὲ ἐπ' ἄκρον ἀνάληψις ἀγαπητικῆς πρὸς τοὺς θλιβόν-
 τας γνώμη, *Ἴνα τὸ ὄνομα Κυρίου δοξασθῆ, καὶ
 ὁρθῆ ἐν τῇ εὐφροσύνῃ αὐτῶν.* Δι' ὧν γὰρ ἐπ' αὐ-
 τοῖς ἀντι μίσους εὐφραίνεσθε, Θεὸς δοξάζεται,
 κατὰ τὸ· « Ἴνα ἴδωσι τὰ καλὰ ὑμῶν ἔργα, καὶ δοξά-
 σωσι τὸν Πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. » Καὶ
 αὐτοὶ δὲ τυχόν τοῦ Θεοῦ ὑμῶν δοξάσουσι τοῦνομα,
 οὕτω πρὸς αὐτοὺς διακειμένους ὀρώντες, καὶ τῇ
 χρηστότητι τῇ περὶ αὐτοὺς εὐφραίνόμενοι. Σύμμα-
 χος δὲ, καὶ ὁψόμεθα ἐν τῇ εὐφροσύνῃ ὑμῶν ἐξ-
 ἔδωκεν, ὡς ἂν ἐν τῷ τέλει τῆς ἐκδικήσεως τοῦτων μὲν
 ἐκδήλως εὐφραίνουμένων· ἐκείνων δὲ λίαν ἐφ' οἷς
 ὀρῶσιν αἰσχινουμένων. Ἐπιστήσεται γὰρ ὁ τῆς
 ἀνταποδόσεως ὅσον οὕτω καιρῶς, ὅτε φωναὶ τῶν
 κολασθησομένων ἀκουσθήσονται, τῶν μὲν οἰκητόρων
 βωόντων ἐκ τῆς πόλεως, τῶν δὲ λειτουργούντων ἐκ
 τοῦ ναοῦ. Βοήσεται δὲ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ὁ
 Κύριος, ὡς αὐτοῦ κρίσει γίνεται τὰ δεινά. Εἰδέναι
 δὲ χρῆ ὡς εὐαγγελικῶς παραγγελίας ἀδελφούς νο-
 μιζειν τοὺς ἔθνικους, νομικὴν ἔλυσεν ἐντολήν. Φησὶ
 γὰρ ὁ νόμος· Οὐ λαλήσεις αὐτοῖς εἰρηνικά. Καὶ πᾶ-
 σαν ἐπιγαμίαν ἀπέρισκε πρὸς αὐτοὺς, ὡς ἂν μὴ παρ'
 αὐτῶν πεισθέντες εἰς εἰδωλολατρείαν ἐκπέσωσιν·
 ἀλλ' ἐν Χριστῷ γέγονε τὰ ἀμώτερα ἐν, καὶ λέλυται
 τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ. καθήργηται δὲ καὶ ὁ
 νόμος τῶν ἐντολῶν ἐν δόξασιν. Αὐτὸς γὰρ ἐστὶν ἡ
 εἰρήνη ἡμῶν.

Τινὲς δὲ ὡς τοὺς ἀποστόλους εἰρηθῆσθαι φασιν, ὡς
 μέλλον· ὑπὸ Ἰουδαίων κακοῦσθαι, καὶ μάλιστα τῶν
 ἐν Ἰερουσαλήμ, ὧν οἱ ἄρχοντες τοὺς ἀποστόλους ἔκλι-
 σον, θάνατον ἀπειλήσαντες, εἰ τὸν σωτήριον λόγον
 κηρύττειεν. Καὶ τίδεις λέγειν, ὡς ἡ ὁ μὲν τῆς εὐ-
 φροσύνης ἐπαγγελία τοῖς Χριστοῦ γέγονε μαθηταῖς,
 δι' αὐτῶν πανταχοῦ συνισταμένων Ἐκκλησιῶν. Ἡ
 δὲ τοῦ Θεοῦ τοὺς κακώσαντας αὐτοὺς μετῆλθεν ὀργή,
 περιστάτων αὐτοὺς πολεμίον. Καὶ ταῦτα μὲν
 ἐκείνοις. Τὸ δὲ θεοσεβὲς πολιτεύμα, καὶ ἡ νέα Σιών, ἡ
 Ἐκκλησία δι' ὑμῶν συστησομένη, τοσοῦτον ἀθρόως
 γεννησεί πλήθος λαῶν, ὡς ἐκπλαγῆναι τὸν ἀκούον-
 τα. Ὡς γὰρ ἂν αἰφνίδιον κατὰ γαστρῆς ἔχουσα γεν-
 νήσει γυνή, μηδεμιᾶς ὄδιος ἡγησαμένης· τὸ δὲ
 τεχθὲν, ἄρσεν. Οὕτως ὀλόκληρον ἀθρόως ἡ νέα

A sionum tempore dixit, qui dum viverent, ista didi-
 cissent, non incongrue jam eos, qui ad sermonem
 ipsius contremiscunt, audire præcipit; de quibus
 antea intellexit, cum in quem alium inspecturus
 esset, nisi in humilem et quietum, quique Domini
 verba metueret, postulavit⁴⁵: quibus præceptum
 evangelicum ab eo nihil discrepans proponit, quo
 inimicos jubemur diligere, quo iis, qui nos ode-
 runt, benefacere; quo denique pro iis, qui calum-
 niantur, et persequuntur nos, orare, ut Patri no-
 stro, qui in cælis est, similes efficiamur⁴⁶. Non
 enim solum ut perfecti simus, ad Dei sermonem
 tremere satis fuerit; sed summa opus etiam virtu-
 tis resumptione, quæ dilectionis et benevolentia:
 voluntatem in affligentes habeat: *Ut nomen Domini
 glorificetur, et appareat in lætitia eorum.* Quibus
 enim in eis, inquit, odii loco, *lætamini, Deus ipse
 glorificatur*; juxta illud: « Ut videant opera vestra
 bona, et laudent Patrem vestrum, qui in cælis
 est⁴⁷. » Fortasse vero et illi Dei vestri nomen glo-
 rificabunt, cum eo vos erga se animo esse viderint,
 ipsa etiam in se humanitate et benevolentia dele-
 ctati. At Symmachus: *Et videbimus in lætitia vestra,*
 transtulit; tanquam in fine ultionis istos quidem læ-
 tos, illos autem iis, quæ videant, palam confusos fore
 significet. Cognosceretur enim, quantum non antea,
 retributionis tempus; cum eorum voces, qui pu-
 nientur, *clamantibus ab urbe incolis, ipsisque de
 templo ministris, audiri contingeret. Clamabit vero
 et operibus ipsis Dominus, non alio, quam suo
 ipsius judicio 752* calamitates istas immitti. No-
 tandum porro, eo ipso, quod gentes evangelico
 more fratres esse censendos monet, legem eum
 abrogare, quæ pacifica ad illos loqui prohibebat.
 Caverat et ipsa, ne matrimonia cum eis contrahe-
 rent; ne ab ipsis persuasi idololatriam sequerentur⁴⁸:
 sed in Christo jam utraque unum effecta
 sunt, disturbatoque medio maceris pariete, etiam
 lex ipsa, quæ mandatorum placitis constabat, jacet
 abrogata. Est enim ipse pax nostra⁴⁹.

Quidam tamen ad apostolos dici arbitrantur,
 tanquam a Judæis damna essent accepturi; sed ab
 iis præcipue, qui Hierosolymorum urbem incole-
 rent: quorum qui principes habebantur, apostolos
 flagris acceperant, mortem eis minitantes, si salu-
 tis Evangelium promulgarent⁵⁰. Quanquam etiam
 non male conveniat ipsam lætitiæ promissionem
 Christi discipulis factam esse affirmare; quorum
 opera ubique sunt congregatæ Ecclesiæ. Est vero
 eos Dei ira, a quibus injuria affecti sunt, ultra esse
 existimanda; cum ab hostibus obsideri contigit.
 Atque hæc quidem illis. Qui autem piam vitæ ra-
 tionem sequuntur, ipsaque adeo nova Sion, id est
 Ecclesia, quæ vestra coibit opera, tantam repente
 pariet populorum multitudinem, ut iis etiam, qui

⁴⁵ Isa. lxxvi, 2. ⁴⁶ Matth. v, 44, 45. ⁴⁷ Matth. v, 16. ⁴⁸ Exod. xxiii, 32; Dent. vii, 2. ⁴⁹ Ephes. ii, 14. ⁵⁰ Act. iii et iv.

VARIÆ LECTIONES.

* γρ. καὶ τοι.

